2

SANCTI NICEPHORI
PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI
BREVIARIUM HISTORICUM
DE REBUS GESTIS POST IMPERIUM MAURICII:

Interprete DIONYSIO PETAVIO *e Societate* JESU.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ

ΚΟΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΙΣΤΟΡΙΑ ΣΥΝΤΟΜΟΣ

ΑΠΟ ΤΗΣ ΜΑΥΡΙΚΙΟΥ ΒΑΣΙΛΙΑΣ.

SANCTI NICEPHORI

PATRIARCHÆ

CONSTANTINOPOLITANI

BREVIARIUM HISTORICUM,

DE REBUS GESTIS AB OBITU MAURICII

Ad Conſtantinum uſque Copronymum.

Interprete DIONYSIO PETAVIO *e Societate* JESU,

Cum ejuſdem Notis.

VENETIIS,

EX TYPOGRAPHIA BARTHOLOMÆI JAVARINA.

M. DCC XXIX.

ILLUSTRISSIMO VIRO

GULIELMO VAIRIO

FRANCIÆ

PROCANCELLARIO.

DIONYSIUS PETAVIUS *e Societate* JESU S.

QUo primum tempore magistratus amplissimi dignitatem adeptus es, (Vir Illustrissime) communis hic omnium sensus fuit, non minus litterarum incolumitati, quam Imperii saluti esse prospectum. Etenim quod de civitatibus a Platone dictum est, multo id magis ad artium studia disciplinasque pertinet: tum eas demum felices futuras, cum aut Sapientes præessent, aut Sapientum illi ipsi qui præessent auctoritate regerentur. Ea porro te sapientia hominem esse, qualem constituendis civitatibus adhibendam Plato censuit, jamdudum publica quædam populi vox, ac constans totius Regni fama celebravit. Quod ipsum adeo leve non est, ut in eo divinitatis aliquid inesse vetere sit proverbio contritum. Idem vero multo certius cum anteacta vita omnis, tum (ut nondum ab alieno suffragio discedatur) gravissima de te Principum judicia comprobarunt. Quorum alter amplissimi te Consilii Principem fecit: alter ab unius Provinciæ cura totius ad Regni moderationem convertit. Sed hic postremo quantum sapientiæ tuæ cum Regina Matre tribueret ostendit, cum ambo te ultimis e Galliæ finibus exciverunt, quem formidolosis temporibus in quadam velut Imperii specula collocarent. Siquidem pacato mari, tranquilloque cælo facile cuivis gubernatori creditur, vel mediocriter perito. In periculo nemo est qui non eum, si potest, adsciscat, quem scientissimum, prudentissimumque cognorit.

In quo unum est minime prætereundum, quod ad hoc negotium multum interesse sentio. Nam plerique, qui prodesse sapientia sua publice student, operosam illam dumtaxat, ac rebus gerendis exercitatam adhibent; eam vero, quæ in libris doctrinisque cernitur, tanquam civitatibus inutilem, feriatis hominibus relinquunt. Tu vero sic utramque admirabiliter complexus es, ut cum nemo tractandarum rerum majore peritia sit, tum usu litterarum, ac Philosophiæ studio his temporibus antecellas.

Hanc enim primus inter Gallos, ut ille quondam in Græcia Socrates, languentem in scholis ab otiosa contemplatione morum ad utilitatem usumque transtulisti. Tum ea monimentis mandasti plurimis, quibus & dicendi civibus tuis, & vivendi tibi etiam ac reliquis exempla præscriberes. Quibus in libris ita virtutis tuæ imaginem expressisti, ut eos una velut pignora, obsidesque Gallis traderes: ut quæ tua futura esset Reip. gerendæ ratio, tamquam ex Prætoris edicto, cognoscerent, neque eam umquam licere crederent, quam tute tibi imposuisses, personam detrahere. Quod quidem paucis his mensibus, ex quo præesse ei muneri cœpisti, egregie est a te perfe-

Niceph. hist.

ctum: neque quisquam dubitat, cujusmodi hæc initia sint, qui brevi per te hujus Imperii salus constitui, ac Legum auctoritas recuperari possit.

Hæc tu graviore cura simul ac perfunctus eris, & majora illa Regni negotia sapienter explicaris, tum te ad hæc nostra, nec minus tamen ad bene beateque vivendum necessaria, converteres, ac litterarum tuarum salubritati dignitatique consules. Venit enim mihi in mentem, qui tuus ante paucos dies partim a me auditus, partim ab aliis exceptus sermo fuerit: cum tu illud profitebare, nihil tibi gratius umquam extitisse bonis artibus artiumque peritis, neque in posterum, quo major sublevandi esset facultas, ulla in re defuturum.

Quamobrem ut ejus vocis conciliique meminisses, tamquam admonitorem allegavi Nicephorum nostrum: qui tibi cum privatim sui, tum communi nomine litterarum patrocinium deferret: Simul etiam rogaret, quod in iis tractandis profitendisque nostra Societas elaboret, partem ut ad eam aliquam solicitudinis hujus benevolentiæque transferres: ut iis quibus sæpe jactata est molestiis perfuncta, non tam ipsa conquiescere possit, quam & Ecclesiæ officiis omnibus, & doctrinarum studiis, vigiliis laboribusque suis commodi aliquid afferre. De me vero quod præcipue postulem nihil est, nisi ut audaciæ in te interpellando meæ sic ignoscas, ut amori erga te voluntatique faveas. Vale. Lutetiæ Paris. VI. Kal. Sept. A. D. CIↃIↃ CXVI.

DE

NICEPHORO

HUJUS BREVIARII SCRIPTORE.

AD CANDIDUM LECTOREM

PRÆFATIO.

NICEPHORI *epitomen, quam hic tibi damus (candide & erudite Lector) accepimus a R. P. Jacobo Sirmondo, qui eam Romæ ex veteri exemplari descripsit. De auctore porro ipso extat Photii in Bibliotheca perhonorifica mentio, qua & Epitomen istam magnopere commendat, & hac una lucubratione judicat non provocasse modo superiores quamplurimos, sed longo etiam intervallo superasse. De aliis vero relictis ab eo monimentis ne verbo quidem meminit. Ex quo dubia videri potest communis sententia, quæ cum hoc Nicephoro scriptorem ejusdem nominis alterum confundit, cujus editum est Chronicon Latine olim a multis Græce etiam a Scaligero. Etenim cum inter Constantinopolitanos Pontifices Photius eodem in Chronico numeretur, credi potest non hoc esse ab eo Nicephoro profectum, qui tum cum ista Photius scripsit, e vita discesserat, atque ἐν ἁγίοις, ut hic loquitur, hoc est Sanctorum numero erat adjunctus. Verum fieri potest, ut ad Chronicon Nicephori recentior illa manus adjecerit. Utcumque res habet, nihil esse caussæ videtur, quin Nicephorus noster Patriarcha ille sit, qui est in illo Chronico ordine* LXXVIII. *De quo ibidem hæc produntur.* Νικηφόρος ὁ Ἀσηκρῆτις Μοναχὸς γεγονὼς ἔτη θ'. καὶ ἐξεβλήθη ὑπὸ τοῦ ἀσεβοῦς Λέοντος τοῦ Ἀρμένου. *Quæ Latine hoc significant.* Nicephorus a Secretis Monachus sedit A. IX. & ab impio Leone Armeno in exilium ejectus est. *Nam & unicus hic ante Photium Patriarcha Constantinopolitanus fuit, ut ab illo nemo alius intelligi potuerit, & inter Sanctos non Græculorum assentatione solum, sed etiam communi Ecclesiæ suffragio receptus est. Hujus enim memoria a Latinis* III. *Id. Majas, a Græcis* IV. *Non. Jun. Ecclesiasticis est consecrata Tabulis. Postquam a Leone Armeno Iconoclasta perditissimo redactus in ordinem* A. D. IↃCCCXXVIII, *exilii* XIV. *feliciter e vivis excessit. Quo cum præcipua Theodoro Studitæ viro sanctissimo familiaritas intercessit. Postremo unum admonendus es, Nicephori, quod penes nos fuit, apographum passim mendosum ac depravatum fuisse: nosque, ut tolerabilem sensum eliceremus plurimum in interpretando laborasse: Verum ex ea lege quam olim nobis imposuimus, nihil nos in contextu ipso mutasse, præter levissima quædam, omninoque manifesta, atque in omnibus Pythagorico decreto paruisse: quod ex Synesii Dione tamquam ex Solonis tabulis hoc loco proferendum est: dignum sane quod Critici omnes ante oculos habeant, ad idque conatus suos ac lucubrationes accommodent.*

PYTHAGORÆ SANCTIO EX SYNESII DIONE.

ΠΥΘΑΓΟΡΑΣ Μνησάρχου Σάμιος ἐπιγέγραπται τῷ νόμῳ. Ὅστις ὁ νόμος οὐκ ἐᾷ τοῖς βιβλίοις ἐπιποιεῖν, ἀλλὰ βούλεται μένειν αὐτὰ ἐπὶ τῆς πρώτης χειρὸς, ὅπως ποτὲ ἔχει τύχης ἢ τέχνης.

SANCTI NICEPHORI

PATRIARCHÆ

CONSTANTINOPOLITANI

BREVIARIUM

HISTORICUM

DE REBUS GESTIS POST IMPERIUM MAURICII.

Interprete DIONYSIO PETAVIO, *Societate* JESU.

ΕΚ ΤΗΣ ΦΩΤΙΟΥ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ.

EX PHOTII BIBLIOTHECA.

LEctum est S. Nicephori Archiepiscopi Constantinopolitani Breviarium Historicum. Cujus initium est a Mauricii cæde, & ad Leonis & Irenes usque nuptias perductum est. Dicendi genus minime redundans, & perspicuum. Dictionis vero elegantia, orationisque structura, neque soluta nimium, neque porro cum affectatione pressa & adstricta: sed ejusmodi eloquentis plane hominis ac perfecti esse debeat. Nam & novitatem declinat, & quod vetus excultumque est non prætermittit. Inest præterea illius orationi quidam cum voluptate lepos. Denique plurimos eorum qui antea scripserant, una hac historica lucubratiuncula superavit: Nisi quod nimia brevitas nonnihil de venustate ipsa decerpere videtur.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ ἱστορικὸν σύντομον Νικηφόρου τοῦ ἐν ἁγίοις Κωνσταντινουπόλεως Ἀρχιερέως. ἄρχεται ἀπὸ τῆς ἀναιρέσεως Μαυρικίου, καὶ κάτεισι μέχρι τῆς εἰς γάμον κοινωνίας Λέοντος καὶ Εἰρήνης. ἔστι δὲ τὴν φράσιν ἀπέριττός τε, καὶ σαφής. καλλιλεξίᾳ τε καὶ συνθήκῃ λόγου οὔτε λελυμένῃ οὔτε αὖ πάλιν συμπεπιεσμένῃ περιέργως κεχρημένος. ἀλλ' οἵᾳ ἂν χρήσαιτο ὁ ῥητορικὸς ὡς ἀληθῶς καὶ τέλειος ἀνήρ. τό, τε γὰρ νεωτεροποιὸν ἐκκλίνει, καὶ τὸ ἀρχαιότροπον καὶ ἐξησκημένον οὐ παρατρέχει. ἔστι δὲ καὶ ἡδονὴ κέκραται αὐτῷ σὺν χάριτι τοῖς λόγοις. καὶ ὅλως πολλοὺς ἐστι τῶν πρὸ αὐτοῦ ὑποκρυπτόμενος τῷ δὲ τῆς ἱστορίας τῇ συγγραφῇ· εἰ μὴ τῷ τὸ λίαν συντετμημένον οὐχ ὁλόκληρον δόξει διαπεραίνειν τὴν χάριν.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΙΣΤΟΡΙΑ ΣΥΝΤΟΜΟΣ

ΑΠΟ ΤΗΣ ΜΑΥΡΙΚΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ.

SANCTI NICEPHORI PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI BREVIARIUM HISTORICUM

de rebus gestis post Imperium Mauricii.

Edit. Paris. pag. 3.

ΜΕΤΑ τὴν Μαυρικίου τοῦ βασιλέως ἀναίρεσιν, A Φωκᾶς ἐπεὶ ταύτην διειργάσατο, τῆς βασιλείου ἀρχῆς ἐπιλαμβάνεται. οὗ δὴ ἄρξαντος ἐπὶ τοσοῦτο κακώσεως Χριστιανοὺς ἤλασε τὰ πράγματα, ὡς παρὰ πολλοῖς ᾄδεσθαι, ὅτι Πέρσαι μὲν τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐκτὸς κατεπήμαινον, Φωκᾶς δὲ ἔνδον χείρω τούτων ἔπραττε. ταῦτα οὐκ ἀνεκτὰ Ῥωμαίοις ἐγίνετο. διὸ οἱ περὶ τὴν Λιβύην τηνικαῦτα ἡγεμονεύοντες, ἅτε τῷ μεγίστῳ διαστήματι τὸ θαρσεῖν ἔχοντες, καὶ ἅμα παρὰ Μαυρικίου τὸ τῆς στρατηγίδος ἀρχῆς ἐγκεχειρισμένοι. (δύο δὲ ἤστην ἀδελφώ, Ἡράκλειος καὶ Γρηγόριος.) οὗτοι κοινῇ βουλευσάμενοι τοὺς υἱοὺς ἑαυτῶν πρὸς τὸ Βυζάντιον ἐκπέμπουσιν ἄμφω, ἀλλήλοις συνθέμενοι, ὡς τὸν προφθάσαντα, B τοῦτον τῆς βασιλείας εἰ δύναιτο ἐπιλήψεσθαι. καὶ Ἡράκλειον μὲν τοῦ Ἡρακλείου παῖδα ἀνδρῶν πληρώσαντες πλοῖα ἐξέπεμπον· Νικήταν δὲ τὸν Γρηγορίου υἱὸν ἱππικῇ στρατιᾷ πολλῇ περιβαλόντες διὰ τῆς ἠπείρου ἀπέστελλον. δεξιᾷ τε τύχῃ χρησάμενος Ἡράκλειος, καὶ πνεύμασιν ἐπιφορωτάτοις ἀναχθεὶς, φθάνει Νικήταν εὐπλοίας, εἰς Βυζάντιον· καὶ ἤδη τῇ πόλει προσεσχηκὼς ἐπέλαζε. Κρίσπος δὲ, τοῦ Φωκᾶ δὲ ὢν οὗτος γαμβρὸς, ὁπηνίκα δὲ τὸν τοῦ ὑπάρχου τῆς πόλεως θρόνον διέπειν ἔλαχε, καὶ μεγάλα ἐν τοῖς βασιλείοις δυνάμενος, ἐπεὶ ἀπηχθάνετο Φωκᾷ, ὡς δὴ παρυβρισμένος ὑπ' ἐκείνου τυγχάνων, τῆς οἰκείας εἰκόνος καθαιρέσεως ἕνεκεν, ἣν ποτε οἱ τῶν ἀντιθέτων χρωμάτων δη- C μῶται τῇ τοῦ Φωκᾶ συμπαραγράψαι εἰκόνι, δόλῳ αὐτὸν μετήρχετο. καὶ πονεῖν μὲν ὑπὲρ αὐτοῦ πλαττόμενος ἔπειθε, καὶ Ἡράκλειον ἐπ' ἀπωλείᾳ ἑαυτοῦ ἥκειν ἀπισχυρίζετο, συνήργει δ' ὅμως Ἡρακλείῳ, καὶ τῷ ὄντι τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ εἰς μάλιστα ἔπραττεν. οἱ οὖν περὶ Φωκᾶν θεασάμενοι, καὶ ὅσον πολιτικὸν ἑαυτοῖς ἐστασίαζον. ἤδη γὰρ οἱ τοῦ Πρασίνου χρώματος δημῶται τοῖς περὶ τὸ Καισαρίου τὸ πῦρ ἐφῆπτον, καὶ τὸν ἔπηλυν βασιλέα ἀνευφήμουν. ἐπικειμένους δὲ αὐτοῖς καρτερώτατα καὶ τοὺς ἐκ τῶν Ἡρακλείου στρατευμάτων εἰσιδόντες, καταλιπόντες αὐτὸν, ἐφ' ἑαυταῖς γίνονται.

Φώτιος δέ τις τοὔνομα, ὃς παρ' αὐτοῦ εἰς τὴν σύζυγον

MAURICIO Imperatore cæso, Phocas parricidii hujus auctor A. IↃCII. Imperium invadit. Sub quo tantæ calamitates Christianis rebus illatæ sunt, ut hoc vulgo jactaretur ab omnibus, Persas foris Romanum Imperium vastare, Phocam vero intus multo iis deteriora facere. Nec a Romanis diutius ista ferri poterant. Igitur qui tum Africæ præerant, ea re audaciores facti, quod longissimo intervallo ab urbe distarent, quodque a Mauricio Ducatum obtinuerant (erant illi germani duo Heraclius, & Gregorius) communicato consilio filios suos Byzantium mittunt. Ita porro inter eos convenerat, IↃCX. ut qui prior pervenisset, Imperium, si posset, arriperet. Ergo Heraclium Heraclii filium cum supplemento classiario, & navibus mittunt: Nicetam Gregorii filium cum ingentibus equitum copiis terrestri itinere contendere jubent. Heraclius vento ac fortuna secundantibus Constantinopolim ante Nicetam pervenit: jamque ad urbem appulsus prius accesserat. pag. 4. Erat in ea Imperatoris gener Crispus Præfectus urbi, vir inter Palatinos potens, & Phocæ ob recentem injuriam infensus: quippe ejus imaginem dejecerat, quam contrariarum sanctionum homines juxta Imperatoriam appinxerant. Ergo ille dolo Imperatorem circumvenit. Nam huic ipsius causa laborare se persuadet, & Heraclium suam in perniciem venisse confirmat. Interim vero Heraclium adjuvat, eique omnibus in rebus commodare studet. Accedebat & civium in spectaculis atque Imperatoris discordia. Jamque Prasina factio vicinis Basilicæ Cæsarii ædibus ignem admoverat, & tunc advenientem Imperatorem palam celebrare ausa, postquam instantes Heraclii exercitus vidit, relicto Phoca, privatos conventus habere instituit.

Dum hæc aguntur Photius quidam, cujus uxori Imperator stuprum obtule-

rat, cum magna militum manu in palatium irrumpens Phocam illico comprehendit. Quem exutum Imperatorio cultu, ac pulla veste circumdatum, reductis post terga manibus vinctum, & navigio impositum ad Heraclium deducit. Quo ille conspecto, Ita-ne, inquit, infelix, Rempubl. administrasti? Cui ita Phocas respondit, Tu vero melius administrabis. Igitur hunc e vestigio, cum adhuc in navi esset, gladio plecti jubet: deinde mutilari, & dextram manum ab humeris amputari, tum virilia excidi, atque e contis suspendi: itaque cadaver per urbem tractum in foro quod Bovis dicitur, igne concremari. Idem in Domentiolum Phocæ fratrem, & Bonosum, ac Leontium fisci quæstorem mortis supplicium decernit. Atque hæc in hunc modum gesta sunt.

Postea Sergius urbis Patriarcha ac reliqua civium multitudo cum omni officio ac gratulatione Heraclium intra mœnia recipit. Qui quidem Crispum ad capessendum imperium cohortabatur: neque enim se illius usurpandi gratia venisse dicebat; sed ut a Phoca eorum, quæ in Mauricium ac Mauricii liberos commiserat, facinorum pœnas repeteret. Sed abnuente Crispo, tandem Heraclius Imperator a Senatu, populoque proclamatus est, & ab ipso Patriarcha coronatus. Quibus peractis Crispum ducem eligens, militaribus copiis, quæ in Cappadocia erant, præposuit. Sub hæc cum jam de Persarum in Romanos expeditione fama percrebuisset, Heraclius Constantinopoli solvens, ad Crispum, qui Cæsareæ tum erat, contendit, ut cum eo de Rep. consilium caperet. At ille morbum simulabat: & sæpe etiam audiebatur, cum Imperatorem conviciis incesseret. Nec Heraclium ejus consilia latebant: sed dissimulare in præsens contumeliam statuit, & opportunum tempus expectare. Interim vero eum eo pacifice colloqui, hortarique, ut ad opem Reipub. ferendam mutuis se opibus adjuvarent. Crispus vero quasi deridens, (Non licet, inquit, Principi e palatio discedere, & in longinquis exercitibus degere.)

A. IↃCXI. Edit. Paris. pag. 5.

IↃCXII. Interea Heraclio Imperatori filius nascitur, quem Constantinum nominavit: eodemque tempore Nicetas Patricius ad urbem venit. Quare Heraclius eodem revertitur: ibique Nicetam, tamquam germanum fratrem, æque Imperii participem, magno cum honore, & magnificentia recipit. Sic enim inter eos convenerat, quo tempore ex Africa proficiscebantur. Sed & Crispus Byzantium quoque pervenit, ut de adventu Nicetæ gratularetur. Heraclius vero cum filium suum divino lavacro tingere, ac Crispo suscipiendum dare velle simulasset, & is ob eam causam in palatium venisset, universo senatu, ac reliqua civium multitudine collecta, una cum Patriarcha Sergio hunc in modum eos allocutus dicitur: (Qui Imperatori contumeliam facit, apud quem offendit? cum illi ad Deum pertinere respondissent, qui Imperatorem ipsum fecit:) Imperator Crispum hortatus est, ut quid sibi justum videretur, pronuntiaret. Qui doli nescius, tanti sceleris convictum omni æquo atque humano judicio indignum esse palam asseruit. Tum Imperator om-

A ἐπιβουλευθεὶς ποτὲ καθυβρίζετο, εἰς τὰ βασίλεια σὺν πλήθει στρατιωτῶν ἐπὶ τὸν Φωκᾶν αὐτίκα κατῄει. καὶ τῆς βασιλικῆς αὐτὸν ἀπαμφιάσας ἐσθῆτος, περίζωμα μέλαν αὐτῷ περιθέμενος, τὰς χεῖρας περιηγμένας εἰς τοὐπίσω ἀποδεσμήσας, καὶ πλοίῳ ἐμβαλὼν, πρὸς Ἡράκλειον δεσμώτην ἀπήγαγεν. ὃν ἰδὼν Ἡράκλειος, ἔφη· οὕτως ἄθλιε τὴν πολιτείαν διῴκησας; ὁ δὲ, Σὺ μᾶλλον, εἶπε, κάλλιον διοικεῖν μέλλεις. εὐθὺς οὖν αὐτοῦ τὸν διὰ ξίφους ἔτι πρὸς τῷ πλοίῳ ὄντι καταψηφίζεται θάνατον· ἔπειτα ἀκρωτηριάζεσθαι, χεῖρά τε δεξιὰν ἄνωθεν ἐκ τοῦ ὠμιαίου ἄρθρου ἐκκόπτεσθαι. καὶ τὸ αἰδοῖον ἐκτέμνεσθαι, καὶ κοντοῖς ἀναρτᾶσθαι· ὕπο τε τὸ σῶμα σύρειν κατὰ τὴν τοῦ Βοὸς λεγομένην ἀγορὰν τῷ πυρὶ καταπίμπρασθαι. B Δομεντιόλον τε τὸν Φωκᾶ ἀδελφὸν, καὶ Βόνωσον καὶ Λεόντιον τὸν τῶν βασιλικῶν χρημάτων ταμίαν τὸν αὐτὸν τῷ Φωκᾷ συνδιαφέρειν κίνδυνον προσέταττε. καὶ δὴ ταῦτα οὕτως ἀπέβαινε.

Σέργιος δὲ αὐτίκα ὁ τῆς πόλεως πρόεδρος, καὶ ὁ λοιπὸς ταύτης ὅμιλος σὺν πάσῃ εὐγνωμοσύνῃ Ἡράκλειον ἐντὸς εἰσδέχεται, καὶ αὐτὸς Κρίσπον εἰς τὴν βασίλειον ἀξίαν προὔτρεπε. μηδὲ γὰρ τῆς βασιλείας ἕνεκεν αὐτὸς ἐληλυθέναι ἔφασκε. τίσασθαι μᾶλλον Φωκᾶν τῆς εἰς Μαυρίκιον καὶ τὰ Μαυρικίου τέκνα παρανομίας. ὁ δὲ οὐκ ἐδέχετο. τέλος ὑπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς καὶ τοῦ δήμου Ἡράκλειος βασιλεὺς ἀνακηρύττεται, καὶ τὸν βασίλειον παρ' αὐτοῦ προέδρου περιβάλλεται στέφανον. Κρίσπον δὲ στρατηγὸν ἀποστέλλει χειροτονήσας τῶν ἐν Καππαδοκίᾳ ἐκστρατευμάτων. C Ἐπεὶ δὲ ἡ φήμη διέθεεν ὡς Πέρσαι ἐπὶ Ῥωμαίους στρατεύουσιν, Ἡράκλειος ἐκ Βυζαντίου ἄρας παρὰ Κρίσπον κατὰ τὴν Καίσαρος πόλιν τηνικαῦτα τυγχάνοντα προσπορεύεται, ὡς δὴ αὐτῷ περὶ τῶν κοινῶν ἕνεκεν βουλευσάμενος. καὶ ὃς μὲν νοσεῖν προσεποιεῖτο, καὶ τὸν βασιλέα συχνῶς ἠκούετο, ὡς καὶ διελοιδορεῖτο αὐτῷ. Ἡράκλειος δὲ τὸ δρᾶμα συνῆκε, καὶ τὴν ὕβριν ὅμως ἰσχυρῶς ἤνεγκε, καὶ ἤδη ἐκαιροφυλάκει. ἀλλ' ἔδοξε πως γνησιώτερόν πως διαλέγεσθαι περὶ τοῦ δεῖν ποιεῖν ὑπὲρ ἀλλήλων τῆς πολιτείας χάριν. ὁ δὲ οἷα ἐπιτωθάζων οὐκ ἐξὸν βασιλεῖ ἔφασκε καταλιμπάνειν βα- D σίλεια, καὶ ταῖς πόῤῥω ἐπιχωριάζειν δυνάμεσιν.

Ἐν τούτοις τίκτεται παῖς τῷ βασιλεῖ Ἡρακλείῳ, ὃν δὴ καὶ Κωνσταντῖνον ὠνόμασε. τότε δὴ παραγίνεται καὶ Νικήτας ὁ τὴν ἀξίαν Πατρίκιος πρὸς τὸ βασίλειον ἄστυ. Διὰ τοῦτο Ἡράκλειος εἰς τὸ Βυζάντιον ἐπάνεισι· καὶ Νικήταν σὺν τιμῇ μεγίστῃ καὶ περιφανείᾳ, ὥσπερ ἀδελφὸν γνήσιον, καὶ ὁμότιμον δέχεται, καθὸ δὴ αὐτοῖς ἤδη συντεταγμένον ἐκ Λιβύης ἀπαίρουσι. καὶ Κρίσπος δὲ εἰς Βυζάντιον ἧκεν ὡς τῇ εἰσόδῳ Νικήτα συνησθησόμενος. σκήπτεται δὲ Ἡράκλειος τῷ θείῳ λουτρῷ τὸν υἱὸν καθαγνίζειν, υἱοθετεῖσθαι δὲ αὐτὸν ὑπὸ Κρίσπου. ὁ δὲ ἐπὶ τούτοις εἰσέρχεται εἰς τὰ βασίλεια. E Ἡράκλειος δὲ ἀθροίσας τοὺς ἐκ τῆς συγκλήτου βουλῆς ἅπαντας, καὶ τὴν ἄλλην πληθὺν τοῦ ἄστεος, ἅμα τῷ προέδρῳ Σεργίῳ, εἰπεῖν λέγεται πρὸς αὐτούς· ὁ βασιλέα ὑβρίζων, τίνι προσκρούει; τοὺς δὲ φάναι, τῷ Θεῷ τῷ ποιήσαντι αὐτὸν βασιλέα· καὶ Κρίσπον προτρέπειν δὲ αὐτὸν ἀποφαίνεσθαι τὸ δοκοῦν ὀρθῶς· τὸν δὲ οὐκ εἰδότα τὸ δραματούργημα, λέξαι· μηδὲ φιλανθρώπου τυχεῖν δίκας τὸν ἐπὶ τοιούτῳ ἁλόντα τολμήματι· καὶ τὸν βασιλέα, ἀναμιμνήσκειν αὐτὸν, οἷα ἐν

Καισαρείᾳ ἐπὶ τῇ νόσῳ κατεσχηματίσατο, καὶ ὡς τὸ τῆς βασιλείας κατευτελίζειν ἀξίωμα ᾤετο· καὶ ὡς εἰς τὴν βασίλειον ἀρχὴν προὔτρεψε. καὶ ἅμα λαβόντα τόμον, κατὰ κόῤῥης τοῦτον παίειν. καὶ εἶτα λέγοντα ὡς γαμβρὸν οὐκ ἐποίησας, φίλον πῶς ἂν ποιήσειας; εὐθὺς δ' ἐπιτρέψαι εἰς κληρικοῦ σχῆμα τὴν κεφαλὴν ἀποκείρασθαι· καὶ τὸν ἱεράρχην τὰ νενομισμένα ἐπὶ τῇ ἀποκάρσει ἐπιφθέγξασθαι· ἐξελθόντα δὲ αὐτὸν τοῖς μετὰ Κρίσπου στρατιώταις ἐπὶ λέξεως ὧδε εἰπεῖν. ὁ πάππας Κρίσπος ὑπουργοὺς ὑμᾶς ἕως τοῦ νῦν εἶχε. ἡμεῖς δὲ σήμερον οἰκειακοὺς τῆς βασιλείας ὑπηρέτας· προσθεῖναι δὲ αὐτοῖς τὸ ἐξ ἔτους σιτηρέσιον, πρώτους τε καλεῖσθαι καὶ ἐν τοῖς στρατιωτικοῖς τάγμασιν· αὐτούς τε ἀσμενέστατα δεξαμένους τὸν βασιλέα ἐπευφημῆσαι ἅμα τῷ ἄλλῳ πλήθει.

Μετὰ δὴ ταῦτα Κρίσπον εἰς τὸ λεγόμενον τῆς Χώρας περιείρχθαι σεμνεῖον. ὃς ζήσας ἐνιαυτὸν αὐτοῦ ἐτελεύτησεν. Ἡράκλειος δὲ Θεόδωρον τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν τὴν μετὰ βασιλέα πρώτην ἀρχὴν κεκτημένον, Κουροπαλάτην δὲ αὐτὸν οἱ περὶ τὰ βασίλεια καλεῖν εἰώθασιν, ἔτι καὶ Φιλιππικὸν τὸν Μαυρικίου τοῦ βασιλέως γαμβρὸν ἐπ' ἀδελφῇ γεγονότα, τηνικαῦτα δὲ εἰς κληρικοῦ σχῆμα ἀποκεκαρμένον τὴν κόμην, ἡγεμόνα τῆς ὑπὸ Κρίσπου πρώην ἰθυνομένης ἀρχῆς ἐξέπεμπε· Φιλιππικὸς δὲ ἐπιβιοὺς χρόνον ὕστερον ἐτελεύτα· καὶ πρὸς τοῦ ὑπ' αὐτοῦ δομηθέντι περικαλλεῖ ἄγαν καὶ σεβασμίῳ ἱερῷ τοῦ κατὰ Χρυσόπολιν ὄντι ταφῇ παραδίδοται. ὀλίγου δὲ χρόνου διϊππεύσαντος, νόσῳ ἐπιληψίας ἡ τοῦ βασιλέως γαμετὴ Εὐδοκία ληφθεῖσα ἐτελεύτησεν. ἐν ᾧ δὲ τὸ ταύτης σῶμα ἐξεκομίζετο, καὶ πολλῶν, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐπὶ τῇ θέᾳ συῤῥεόντων, συνέπεσε κόρην τινὰ ὑπερθεν τῶν ὑπερῴων διακύψασαν, θεράπαινα δὲ ἦν αὕτη τῶν ἀστῶν τινος, ἀποπτύσαι ὡς τὸν ἀέρα ἀφύλακτα· καὶ τὸ περίττωμα κατὰ τῆς πολυτελοῦς ἐκείνης ἐσθῆτος περιενεχθῆναι, ἣ τὸν τῆς βασιλίδος νεκρὸν περιέστελλεν· ἐφ' ᾧ οἱ περὶ τὴν ἐκφορὰν περὶ ὀργῆς γενόμενοι, συλλαμβάνουσί τε αὐτὴν, καὶ τὸν διὰ πυρὸς κατεδίκασαν θάνατον, ἐντάφιον οὐκ ἐναγὲς βαρβαρικῷ νόμῳ χρησάμενοι τῇ ἐκδημίᾳ τῆς βασιλίσσης ἀθέσμως συμπαραπέμψαντες οἱ ἀνόσιοι. περιεζήτουν δὲ οἵγε καὶ τὴν δέσποιναν τῆς οἰκέτιδος, ὡς καὶ αὐτῇ τὸν ὅσον διαθεῖντο κίνδυνον. ἡ δὲ δήπου αἰσθομένη τὸν ὄλεθρον διαπέφευγεν, οὔτι ὁραθεῖσα εἰς τὸ ἔπειτα πώποτε. καὶ ταῦτα μὲν ἀμφὶ τὰ βασίλεια ὧδέ πως εἶχε.

Τὰ δ' αὖ ἑτέρωσε ὡς ἐτελεῖτο οὕτω συνέβαινεν ἔν τινι τῶν ἐπιχωρείων, χώρα δὲ ἥτις ποτέ ἐστιν, οὐδαμῇ εἰς τὸ νῦν παραδίδοται, ἦν τις ἐν ἐκείνῃ περιφανείᾳ κομώντων εὐπορίᾳ τε βίου λαμπρὸς, οὗ τὸ ἐπώνυμον Βιτουλῖνος ἐτύγχανε, τῆς δὲ ἀξίας, ἣν Κανδιδάτον Ῥωμαίοις κικλήσκειν ἔθος· τούτῳ γυνή τις χήρα ἐν γειτόνων διακειμένη χαλεπῶς ἔφερε τὸ γειτόνημα. ἀμφισβητήσεως γὰρ αὐτοῖς μεθορίου γῆς ἕνεκεν συμβαινούσης ὁ Βιτουλῖνος τοῖς παισὶν τοῖς αὐτοῦ ἐνεκέλευε μάχῃ ἐπιέναι τοῖς ὁμοροῦσι· καὶ οἱ δὲ ῥοπάλοις ἕνα τῶν τῆς χήρας υἱέων ἀναιροῦσιν· αὕτη ἀνελομένη τὸν ἤδη τεθνηκότα υἱὸν ἡμαγμένον τὸ ἀμφίον εἰς Βυζάντιον ὡς Ἡράκλειον ἧκετο· καὶ ἐπεὶ προϊόντα εἶδε, εἰσδραμοῦσα τοῦ χαλινοῦ τοῦ ἵππου, ἐφ' ᾧ ἐπωχεῖτο ἐφάπτεται. καὶ ἅμα τὸ τοῦ παιδὸς ἔσθημα ἐπιδεικνῦσα σὺν βοῇ πρὸς αὐτὸν ἀπεφθέγγετο· οὕτω γένοιτο τοῖς σοῖς τέκνοις, ὦ βασιλεῦ, εἰ μὴ τὸ αἷμα τοῦτο, ὅ σοι δείκνυμι, αὐτίκα ἐνδίκως τιμωρήσειας· τῶν δ' οὖν περὶ τὸν βασιλέα δορυφόρων ἐπιόντες

A nia ei in memoriam revocat, quæ *Cæsareæ* de morbo simulaverat, quemadmodum Imperatoriam majestatem contemnere ac minuere se eo facto putabat: utque ipsum antea ad capiendum Imperium hortatus fuerat. Quibus dictis volumen capiens eo malam ejus percussit, atque ita compellans: (Qui socero fidem non præstitisti, qui tandem amico præstabis?) statim in Clerici formam tonderi jussit, Patriarcha solemnem orationem recitante. Inde ad Crispi milites egressus sic eos affatus est. (Crispus Papa huc usque ministros vos habuit; nos vero hodie domesticos vos Imperii satellites facimus.) Iisdem insuper frumentum annuum adjecit, ac primos inter militares ordines censeri voluit. Qui propensissimis animis Imper. B excipientes faustis eum acclamationibus cum reliquo populo prosecuti sunt.

Secundum quæ Crispus in monasterio, quod Choræ dicitur, inclusus, post annum in eo loco diem obiit. Heraclius *Edit. Paris. pag. 6.* Theodorum fratrem suum, qui secundum post Imperatorem locum dignitatis obtinebat (Curopalaten appellare vulgo in Palatio solent) itemque Philippicum Mauricii Imperatoris, cujus sororem duxerat, affinem, tunc temporis Clerici habitu detonsum, ei Imperio, quod antea Crispus administraverat, præfecit. Philippicus cum aliquanto tempore supervixisset moritur, & in egregio, ac religiosissimo templo sepelitur, quod Chrysopoli condiderat. C Non multo post hæc elapso tempore IↃCXII. Imperatoris conjux Eudocia comitiali morbo interiit. Cujus dum corpus effertur; plerisque, ut assolet, ad spectaculum confluentibus, forte contigit, ut puella quædam sursum e solario prospiciens (ancilla hæc erat cujusdam e civibus) in aerem incaute despueret. Cumque sputum in pretiosas illas vestes temere decidisset, quibus Imperatricis corpus obvolutum erat, qui pompam prosequebantur, ira perciti correptam illam incendio damnant. Ita scelerati homines contra jus fasque barbarico ritu Imperatricis funeri parentarunt. Iidem vero illi dum ancillæ dominam idem ad supplicium requirunt, illa re cognita se subduxit; nec eam D deinceps postea quisquam vidit. Hæc per illud tempus apud Palatium gesta sunt.

Quæ vero aliis in partibus accidisse narrantur, hoc modo sese habent. In suburbano quodam loco, cujus nomen hactenus compertum non fuit; Vitulinus quidam erat homo & dignitate, & opibus illustris, ex eo genere quos Candidatos Romani appellare solent. Huic vicina quædam mulier habitabat, quæ viciniam illam moleste ferebat. Quare cum de finibus orta inter illos esset controversia, Vitulinus servos suos pugna vicinos illos aggredi jubet, qui cum fustibus unum ex viduæ filiis interemissent, E illa sublato mortui corpore, vestem ejus ad Imperatorem ferens Byzantium advolat, ibique procedentem eum observans occurrit, & equi, cui insidebat, fræna manibus arripiens, unaque filii sui vestem ostendens, hæc ad eum vociferata est; (Sic filiis tuis, Imperator, eveniat, nisi sanguinem hunc, quem ostendo tibi, subinde legibus ulcisceris.) Concurrentibus, prætorianis, & mulieri verberr intentantibus, Jmperator prohi-

buit, atque ulterius accedere vetuit: se cum visum esset de causa cognoscituram. Quo dicto recessit. At mulier
Edit. Paris. pag. 7.
cum jus suum non impetraret, in gemitus, ac lamentationes soluta est. Inde aliquanto temporis elapso veritus parricida ne iterum fœmina de filii cæde Imperatorem interpellaret, Byzantium contendit, ac se multitudini civium immiscet. Forte tum equestre certamen celebrabatur, cum illum Imperator in media concione populi contuitus, Præfecto urbis mandat, ut suspectum hominem in custodiam conjiceret: deinde muliere accersita de perpetrata cæde accuratius inquirit. Ac demum quam mortis pœnam extinctus illi viduæ filius pertulerat, eamdem in Vitulinum decernit: cumque ab hujus liberis eodem modo interfici præcipit.

IↃCXIII. Sub hæc Heraclius filium Heraclium, sive Constantinum (duplici enim nomine dictus est) cum a Patriarcha divino lavacro expiatus esset, ulnis suis sacro ea fonte suscepit, statimque cum alia Imperii signa & ornamenta contulit, tum imposito diademate coronavit, & Imperatorem proclamavit: filiam vero Gregoriam nomine Nicetæ Patricio despondit, eidemque arctiori jam necessitudine conjuncto auratam statuam equestrem supra columnas posuit in foro. Hoc illa modo Constantinopoli gesta sunt.

At Chosroes Persarum Rex ingentes copias contra Romanos immisit, quibus
IↃCXVI. Saitum Ducem præfecit. Hic Alexandriam contendens, urbe per vim occupata, Ægyptum universam in servitutem redegit: atque inde totum Orientem vastavit, plerisque captivis abductis, reliquis sine miseratione ulla crudeliter occisis. Quibus confectis deinceps
IↃCXVI. cum omnibus copiis Chalcedonem contendit, & eam diuturna obsidione cinxit. Interim ad colloquium Imperatorem invitat: qui ejus voluntati cedens, ut ad ipsum pergeret cum regio comitatu & apparatu Bosphorum transmittit. Hunc simulatque Saitus conspexit e solio surgens, & humi provolutus, Imperatorem adoravit; qui e lembo quo vectus fuerat vicissim eum salutat, & muneribus prosequitur. Tum Saitus hunc in modum exorsus est. (Romanorum quidem ac Persarum Principes oportebat neque animis a se invicem disjunctos esse, neque ulla in re dissidere, sed amicitiam inter se, ac fœdus quam lubentissime conjungere. Quod cum veteribus olim fuit, tum omnibus hoc tempore hominibus jucundissimum est: eaque res & tranquillitatem vitæ, atque optimarum legum institutionem affert, & ad id,
pag. 8.
quod de Imperio adhuc superest tuendum, magnopere pertinet. Neque enim ignoramus nullum umquam Imperium fore, quod cum duobus illis conferri possit. Atque illud nefas esse duco, inter quos prudentia atque consilio mutua benevolentia & amicitia confirmari possit, eos arma sibi invicem inferre, ac subjectos sibi populos sine causa detrimentis afficere. Ex quo quid tandem accidet? Nimirum si concordiam inter vos pacemque stabilieritis, utique cæteris hominibus multo feliciores, & toto vitæ tempore majori in splendore & omnium admiratione eritis, ac laborem illum curamque cum quiete, & otio com-

πλεῖττον ἐπείγοιτο, βασιλεὺς δὲ διεκώλυσε· καὶ τῇ γυναικὶ μηκέτι τολμᾶν προσιέναι παρηγγύησεν. ἐπεξιέναι δὲ τὰ τῆς δίκης, ἐπειδήπερ αὐτῷ δεδογμένα εἴη, ᾤχετο εὐθύς. μὴ δίκης τυχὸν ὠλολύζετο τὸ γύναιον. χρόνος δὲ διήρχετο· καὶ δὴ ὁ τὸν φόνον ἐπιτρέψας, δεδιὼς καὶ αὖθις τὴν γυναῖκα τοῦ ἀνῃρημένου ἐντυχεῖν βασιλεῖ ἐπικαλεῖν, ταύτῃ τοι εἰς Βυζάντιον εἴσεισι· καὶ δὴ εἰς τὸ δημοτικὸν ἑαυτὸν ἐγκαταμίγνυσι. καὶ ἱππικοῦ ἀγῶνος τελουμένου, τοῦτον βασιλεὺς ἐν μέσοις δημόταις κατιδὼν, τῷ ἐπάρχῳ ἐπιτρέπει τῆς πόλεως φρουρᾷ καθειργνῦναι ὡς ὕποπτον. εἶτα τὸ γύναιον μεταπέμπεται, καὶ τὰ τῆς μιαιφονίας ἀσφαλέστερον ἀνηρεύνα. κελεύει τοίνυν τὸν Βιτελῖνον ὑπὸ τῶν παίδων τῶν αὐτοῦ ἴσην ὑποσχεῖν τῷ ἀνῃρημένῳ τὴν τιμωρίαν, καὶ αὐτῆς ἐκείνης ὡσαύτως ἀναιρεθῆναι.

Ἡράκλειος δὲ τὸν υἱὸν Ἡράκλειον, ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν Κωνσταντῖνον (διώνυμος γὰρ ὢν ἐτύγχανε) παρὰ τοῦ ἱεράρχου τῷ θείῳ λουτρῷ καθαγνίσας ἀγκάλαις τῆς ἱερᾶς κολυμβήθρας ἐδέξατο. αὐτίκα δὲ αὐτῷ τῆς βασιλείου ἀξίας τὰ σύμβολα, τά τε ἄλλα καὶ τὸ διάδημα περιθέμενος ἐταινίωσε, καὶ βασιλέα ἀνεῖπε. τὴν θυγατέρα δὲ Γρηγορίαν τοὔνομα Νικήτᾳ τῷ τὴν ἀξίαν πατρικίῳ εἰς γαμετὴν κατηγγύησεν. οὗ δὴ καὶ ταύτῃ τῷ βασιλεῖ μειζόνως οἰκειωθέντος, τὸν ἀνδριάντα κεχρυσωμένον καθύπερθε κιόνων ἔφιππον, κατὰ τὴν τοῦ φόρου λεγομένην ἀγορὰν ἀνέστησε. Καὶ οὕτω μὲν ταῦτα ἐπράττετο.

Χοσρόης δὲ ὁ Περσῶν βασιλεὺς στρατιὰν ὡς πλείστην ἀθροίσας ἐπὶ Ῥωμαίους ἐξέπεμψεν, ἡγεμόνα τῆς Περσικῆς Σαΐτην χειροτονήσας δυνάμεως. οὗτος ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου ἀφορμηθεὶς, ταύτην τε ἀνακράτος εἷλε, καὶ τὴν ὅλην Αἴγυπτον ἠνδραπόδισε. καὶ τὴν ἑῴαν ἅπασαν μοῖραν κατεδῄου, καὶ δορυαλώτους ὡς πλείστους ἦγε· καὶ ἄλλους ἀνήρει οὐδεμιᾷ φειδοῖ εἰς αὐτοὺς χρώμενος. ταῦτα τοίνυν οὕτω διαθέμενος, εἰς τὸ ἔποπτα πανστρατιᾷ κατὰ τὴν Χαλκηδόνος πόλιν ἥκει· καὶ περιεκάθητο ταύτην χρόνον ἐπὶ συχνόν· ἠξίου τε βασιλέα εἰς ὁμιλίαν οἱ λόγων ἰέναι. καὶ δὴ βασιλεὺς εἰσήκουε, καὶ ὡς αὐτὸν διεπεραιοῦτο βασιλικῇ δορυφορίᾳ τε καὶ πομπῇ χρώμενος, καὶ αὐτὸν ἰδὼν Σαΐτης ἐξανίσταταί τε τῆς καθέδρας, καὶ πρὸς ἔδαφος ἑαυτὸν ἀπορρίψας προσεκύνει· αὐτός τε ἐκ τοῦ ἀκατίου, ἐν ᾧ ἐπέπλει, τὸ χαίρειν αὐτῷ προσφωνεῖ καὶ δωρεαῖς ἠμείβετο. αὖθις πρὸς αὐτὸν Σαΐτης ἔλεξεν· Ἔδει μὲν ὦ βασιλεῦ, τοὺς Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν βασιλέας μήτε διΐστασθαι ταῖς γνώμαις, μηδ᾽ ὅπως τι ἂν ἀλλήλοις ἀντικαθίστασθαι, εἰς φιλίαν τε καὶ συμβάσεις ἰέναι ὡς προθυμότατα· ὅπερ ἥδιστόν τε καὶ ἐν χάριτι ἀνθρώποις τοῖς πάλαι καὶ νῦν τυγχάνει ἅπασιν· εἴς τε τῆς ζωῆς τε τῆς εὐκταίας καὶ εὐνομουμένης αἰτιώτατον, καὶ τῷ περιόντι τῆς ἐξουσίας συμπαραμένειν δεῖ τὸ τῆς συμβάσεως μέγεθος. καὶ γὰρ ἴσμεν, ὡς οὐκ ἄλλη ταῖς ἐξουσίαις δύο ταύταις ἐφάμιλλος πολιτεία φανείη ἄν πώποτε. οὐ γὰρ ὅσιον παρὸν ἐπιφροσύνῃ καὶ εὐβουλίᾳ χρωμένους τὸ εὔνουν καὶ φίλιον εἰς ἀλλήλους κρατύνασθαι, ὅπλα κατ᾽ ἀλλήλων αἴρεσθαι, καὶ πημαίνειν οὐκ ἐν δίκῃ, καὶ κακοῦν τὸ ὑπήκοον. ἐξ ὧν τί συμβαίνει; εἰ μὲν τὸ ὁμόγνωμον καὶ εἰρηνικὸν θήσεσθε, εὐδαίμονά τε ἑκάτερον ὑμῶν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων μᾶλλον ὑπάρξαι, ζηλωτούς τε καὶ ἀξιαγάστους εἰς τὸν ἅπαντα βίον διαγενέσθαι· εἴς τε τὸ ἄμοχθον καὶ εὔθυμον, ὁ πόνος δὲ ὑμῖν φροντὶς περιστήσεται. εἰ δ᾽ ἄγε ταυτὶ μεθήμενοι

Hæc mendosa

καὶ ἄλλαον οἷον ἀγαθὸν εἰρήνην ἀποδιὼν ποιήσασθαι ἐλέσθε, καὶ οὐδὲν ὅτι ὀνησιφόρον λογίσασθαι ὑμῖν οἷον. δυσμένειαν δὲ τὴν εἰς ἀλλήλους, καὶ τὸ ἔχθιστον ἀνθῃρημένοι, πολέμους μὲν ὡς πλείστους, ὅπερ ἀπευχὲς καὶ ἀπώμοτον, παραίτιοι γενήσεσθε. ἱδρῶτά τε καὶ πόνους ὡς τὸ εἰκὸς ἀνελεῖσθε μεγίστους. πολλὰ δὲ σώματα προϊέμενοι δαπανήσετε· χρημάτων τε ἀνάλωσιν ὡς πλείστην ποιήσεσθε· καὶ ἁπαξαπλῶς εἰς μέγα κακοῦ τὸ τοῦ πολέμου ὑμῖν πέρας ἄξει. οἷα δὲ καὶ νῦν ὁρᾷν ὑμῖν πάρεστιν. ἀφ' οὗ ἔγωγε εἰς τὴν Ῥωμαίων εἰσβαλὼν γῆν, τὰ δεινότατα εἶδε καὶ πέπονθεν. ἐντεῦθεν οὖν λελείψεται τὰ τῶν πολιτειῶν οἰκτρότατα καὶ ἀθλιώτατα διακεῖσθαι. ταῦτα διώμνυτο λέγων αὐτὸς, καὶ ὡς ἐν σπουδῇ τίθεσθαι, τὰς πολιτείας Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν εἰς τὸ τὰ συμβατήρια ἥκειν. Ταῦτα ἐπὶ τέλει ποιήσειν ὅγε ἐπήγγελτο· καὶ ὡς τῶν ὁμωμοσμένων τὰ πιστὰ δοίη προσφέρειν. ὅτι γε δὴ ταῦτα τῷ Χοσρόῃ βουλομένῳ αἱρετέα εἴη. εἰ τοίνυν μοι, φησὶ, πείθεσθε, ἔχοιτε αὐτίκα δὴ μάλα τοὺς ὡς Χοσρόην πρεσβευσαμένους, τούς ἐάν τι ἅμα ἐμοὶ ἀποπέμποιτε. πεισθείη δ' ἄν μοι καὶ αὐτὸς, εὖ οἶδα, εἰς τοῦτο γνώμης καθεστάμενος. σπείσεσθε μεθ' ὑμῶν, καὶ τὴν εἰρήνην τὸ λοιπὸν ἐς τὸν ἅπαντα χρόνον βεβαίαν τε καὶ ἀκραιφνῆ καταστήσεσθε.

Βασιλεὺς δὲ Ἡράκλειος ἐπεὶ τοῦτ' οὖν ἐπέπειστο, τῇ προσηνεῖ καὶ θελκτηρίῳ τῶν λόγων συνηδόμενος καὶ κατακηλούμενος ὑπέσχετο εἰς ἅπαντα πράσσειν ἐπιμόνως τε καὶ σπουδαιότατα· καὶ οἷς ἐβουλεύετο τούτων πέρι συνέπραττον τε μάλιστα καὶ συνῄνουν, ὁ ἱερομύστης τε καὶ ὁ ἐν τέλει. καὶ ὅτι τάχιστα οἱ διαπρεσβευσάμενοι ἐξελέγοντο Ὀλύμπιος μὲν ὁ τὴν τῶν ὑπάρχων τῶν Πραιτωρίων διέπων ἀξίαν, Λεόντιος δὲ ὁ τῆς πόλεως ὕπαρχος, Ἀναστάσιός τε ὁ τὴν οἰκονομίαν τοῦ μεγίστου ἱεροῦ, ᾧ σοφία ὁ θεῖος λόγος ἐπώνυμον, τῶν πραγμάτων πεπιστευμένος· τούτους παραλαβὼν Σαΐτος, καὶ ἄρας ἐκ Χαλκηδόνος ὀπίσω ἀπήλαυνε· καὶ πρὸς τὰ Περσικὰ ἤθη ἐχώρει. καὶ ἕως μὲν τοῖς Ῥωμαίων ἐπέβαινε γᾶς, διὰ τιμῆς ἦγε, καὶ θεραπείας ἀξίου. τῷ Περσικῷ δὲ ἐμβαλὼν πέδας τὰς ἐκ σιδήρου αὐτοῖς περιθέμενος δεσμώτας παρὰ Χοσρόην ἐκόμισε. Χοσρόης δὲ ἐπεὶ ἔγνω ὡς Σαΐτος Ἡράκλειον ὡς βασιλέα οὐδέ τι καὶ ἐτίμησεν, ἀλλ' οὐ δορυάλωτον ἑλὼν ὡς αὐτῷ ἤγαγεν· ἐν τούτῳ γὰρ αὐτῷ τὰ τῆς ἐλπίδος ὠνειροπολεῖτο καὶ ἔκειτο· μεγάλα τε ἐπ' αὐτῷ ἠγανάκτει, καὶ τέλος εἰς ἀσκὸν αὐτοῦ ἀπέδειρε τὴν δορὰν, πικρὸν αὐτῷ καὶ βίαιον καταστήσας τὸν θάνατον. Ῥωμαίων δὲ τοὺς πρεσβευτὰς ἰδίᾳ διαστείλας ὡς ἕκαστον φρουραῖς ἀσφαλεστάταις ἀπέθετο, καὶ ἐκάκου τὰ μέγιστα.

Ταῦτα οὖν μιαρῶς ἠνία τὴν βασιλέα, καὶ ἐπετάραττον. ἐφ' οἷς καὶ λιμὸς τηνικαῦτα τῇ πολιτείᾳ ἐπεφύει βαρύτατος. οὐ γὰρ ἡ Αἴγυπτος αὐτοῖς τὸ λοιπὸν ἐπεσίτιζεν· ἐξ οὗ καὶ τὰ πλεῖστα τῶν βασιλικῶν ἐπιλελοίπει σιτηρεσίων. ἐν τούτοις καὶ νόσος λοιμώδης τοῖς ἐν τῇ πόλει ἐπισκήψασα, θανάτῳ τὰ πλήθη τὰ ἐν αὐτῇ διέφθειρεν. ὧν ἁπάντων ἕνεκεν πολλὰ ἀθυμία καὶ ἀπορία τῷ Κρατοῦντι περιείχετο. καὶ οἴχεσθαι διὰ ταῦτα πρὸς Λιβύην βουλομένῳ ἦν. καὶ αὐτόθι χρήματα τέως πλεῖστα, χρυσόν τε καὶ ἄργυρον, καὶ λίθων τῶν τιμιωτάτων προὔπεμπεν, ὧν οὐκ ὀλίγιστα καταίροντα κλύδωνι μεγίστῳ περιπεπτώκει· καὶ τοῖς ποντικοῖς ῥείθροις βρύχια γέγονε. ταῦτα τοίνυν τῶν πολιτῶν αἰσθόμενοι ὡς δυνατὰ ἦν αὐτοῖς διεκώλυον. ὁ γοῦν ἱεράρχης ἐπὶ τὸ ἱερὸν τοῦτον καλέσας ὅρκοις ἐνταῦθα περιεδέσμει ὡς ἥκιστα

A mutabitis. Sin his contemptis ac rejectis, pacem longe præstantissimum bonum repudiare malueritis, nihil ea res, mihi credite, vobis utilitatis afferet. Sed cum hostilem mutuo in vos animum, ac discordiam susceperitis, quamplurima vobis bella, quod ipsum immane ac detestandum est consciscetis. Ac tum sudoris, & laboris, ut apparet, plurimum capietis, tum corporum ac pecuniarum innumerabilium jacturam facietis. Et ut uno verbo dicam, summa calamitate belli nobis istius exitus constabit: cujusmodi in præsentia intueri potestis. Nam a quo tempore Romanum Imperium ingressus sum, atrocissima quæque vidit ac perpessum est. Quamobrem reliquum erit, ut rerumpublicarum vestrarum in- B felicissimus sit status ac deploratissimus. His dictis jusjurandum insuper adjecit, magnopere studere se, ut Romani ac Persæ pacis inter se fœdus inirent. Ad hæc Imperator ita facturum se pollicetur; sed eorum quæ jurejurando confirmata erant fidem aliquam faciendam esse dixit, iisdem illis sponte Chosroem assensurum. At Saitus; (Si mihi, inquit, credidis, legatos mecum ea de re ad Chosroem mittetis: Nec dubito quin ad meam sententiam accedat: ita tamen si & nobiscum fœdus socieris, & in posterum pacem firmam ac sinceram custodiaris.)

Heraclius blanda hac oratione deli- C nitus prolixe omnia perfecturum se esse promisit: Itaque consilio habito, vehementer ea res Patriarchæ ac Magistratibus placuit, eique promovendæ opera omnis adhibita. Quare legati illico decernuntur, Olympius Prætorio, & Leontius urbi præfectus, Anastasius majoris templi, quod Sophiæ appellatur, Oeconomus. Cum his Saitus, abductis a Chalcedone copiis, recessit. Et in Persidem profectus est. Ac quamdiu iter per Romanum imperium fuit, legatos omni honore ac cultu prosequebatur: simulatque vero Persarum fines attigit, ferreas catenas injiciens ad Chosroem deduxit. Qui ubi comperit Heraclium a Saito Imperatoris loco habitum, & honoratum, non ad se tamquam captivum D abreptum, quod jamdudum somniabat, atque animo præceperat, vehementer in eum commotus est; ac postremo detracta pelle & utre ex illa facto acerba ac violenta morte damnavit: Romanorum vero legatos seorsim quam diligentissimis custodiis habitos miserandum in modum afflixit.

Edit. Paris. pag. 9.

Angebant hæc Imperatoris animum & magnopere terrebant. Accedebat & famis acerbitas, quæ sub idem tempus Imperium Romanum invasit: cum nihil amplius frumenti ex Ægypto subveheretur: ex quo Imperatoriæ annonæ magna ex parte suppressæ sunt. Sed & pestilens E morbus tota urbe grassatus magnam civium multitudinem absumpsit. Quibus ex incommodis Imperator summum in mœrorem ac desperationem redactus est. Jamque migrare in Africam cogitabat, & magnam opum vim, aurique & argenti copiam ac gemmarum eo præmiserat. Quarum rerum haud exigua pars cum jam appelleret, ingenti coorta tempestate naufragio periit. Hæc cum cives animadvertissent, quoad in ipsis situm erat, impediebant. Ac demum Patriarcha Imperatorem ad templum vocans,

IↃCXVIII.

jusjurandi religione obstrinxit, non se ab urbe regia discessurum. Quibus ille cedens, tametsi præsentibus miseriis ingemisceret, eorum tamen voluntati vel invitus paruit.

Post hæc aliquanto temporis elapso Hunnorum Rex cum proceribus suorum ac satellitum stipatu Byzantium pervenit; & ab Imperatore Christianis sacris initiari se petiit. Quo libenter excepto, Hunnorum Principes a Romanis Principibus, & illorum conjuges ab horum conjugibus de sacro fonte suscepti sunt. Inde illos omnes divinis mysteriis initiatos donis regiis ac dignitatibus affecit. Quippe Duci ipsi Patriciatus honorem detulit, & in Hunnorum regionem humanissime dimisit.

IOCXIX. Post hæc Avarum Princeps legatos de pace ad Heraclium misit: quibus magnopere gavisus donis illum remuneratus est, ad eumque vicissim legatos destinat, Athanasium Patricium, & Cosmam Quæstorem, qui voluntatem suam renuntiarent. At Avarus amicitiam simulans, multa blande & humane cum iis locutus, Romanorum se amicum esse persuasit, & ad Imperatorem ineundi

Edit. Parif. pag. 9. fœderis gratia venturum esse promisit. Legati igitur ad Imperatorem reversi de illius in Romanos benevolentia certiorem eum faciunt. Quibus plurimum delectatus, ad Heracleam urbem, quemadmodum inter eos convenerat, Regi Avarum occurrere decrevit. Præmissoque scenico apparatu, cum equestre certamen ad eum suscipiendum pararet, ac splendidam ei vestem & ipsius comitibus ferret, Selymbriam pervenit, ibique commoratus est. Triduo deinde Chaganus cum Avarorum ingenti multitudine Heracleam contendit. Ibi parte suorum delecta, quidquid roboris erat, per saltus ac silvas, quæ longis muris imminent, clam dissipari, ac per condensa montium pergere jubet, ut Imperatore a tergo circumvento, medium ipsum ejusque comitatum omnem in potestatem haberent. Sensit hæc Heraclius, & inopinata re nec mediocriter perculsus, purpuram exuit: ac vili detritoque habitu, quo privatus esse videretur, indutus, & coronam regiam cubito alligans, statim indecore se in fugam conjicit: vixque fuga Byzantium est elapsus. Avari fugientes animosius insecuti ad campum usque qui ex adverso urbis est nomine Septimus, ibi castra posuerunt. Inde ad Barnyssi fluminis pontem usque dispersi circumiecta loca populari, & per Romanorum cædes impune grassari. Inter cætera Imperatoria vestis in potestatem hostium redacta, cæterique illi quos paraverant amictus, cum scenico omni instrumento, & iis qui ea perferebant. Tandem cum infinita captivorum multitudine ad suos limites regressi sunt. Compertum est ex captivorum quorumdam, qui furtim aufugerant, constanti relatione, ad ducenta & septuaginta millia captorum utriusque sexus numerum pervenisse.

At Heraclius in tanta publicarum rerum difficultate & varietate nihilo melius privatis consuluit. Quippe facinus ingens contra jus omne ac Romanorum leges aggressus, Mariæ sororis filiam Martinam sibi matrimonio conjunxit, Martino patre natam, cui Maria ante Eutropium nupserat. Ex hac liberis duo-

A τῆς βασιλευούσης ἐξίστασθαι· οἷς εἴξας τὰς μὲν παρούσας τύχας ἀπωλοφύρετο· τὰς δὲ γνώμας τὰς αὐτῶν καὶ οὐκ ἐθέλοντης ἔστεργε.

Χρόνος δέ τις παρῴχετο. καὶ ὁ τῶν Οὔννων τοῦ ἔθνους Κύριος, τοῖς ἀμφ᾽ αὐτὸν ἄρχουσι καὶ δορυφόροις ἅμα εἰς Βυζάντιον εἰσῄει. μυεῖσθαι δὲ τὰ Χριστιανῶν βασιλέα ἐζήτει. ὁ δὲ ἀσμένως αὐτὸν ὑπεδέχετο καὶ οἱ Ῥωμαίων ἄρχοντες τοὺς Οὐννικοὺς ἄρχοντας, καὶ τὰς ἐκείνων γαμετὰς αἱ τούτων αὐτοῦ τῷ θείῳ λουτρῷ ἐτεκνώσαντο σύζυγοι. οὕτω τε τὰ θεῖα μυηθεῖσι δώροις βασιλικοῖς καὶ ἀξιώμασιν ἐφιλοτιμήσατο. τῇ γὰρ ἀξίᾳ τοῦ Πατρικίου τὸν ἡγεμόνα τοῦτον τετίμηκε, καὶ πρὸς τὰ Οὐννικὰ ἤθη φιλοφρόνως ἐξέπεμπε.

Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ὁ τῶν Αβάρων τοῦ ἔθνους ἡγεμὼν ἐπὶ συμ-

B βάσεσιν ὡς Ἡράκλειον ἐπικηρυκεύεται. ἐφ᾽ ᾧ λίαν ὑπερησθεὶς γάμενος, δώροις αὐτὸν ἠμείβετο. καὶ δὴ καὶ ἔπεμπεν ὡς αὐτὸν ἀγγελιαφόρους, Ἀθανάσιον τὸν Πατρίκιον, εἶτα μετ᾽ αὐτοῦ καὶ Κοσμᾶν τὴν ἀξίαν, ὃν δὴ Κυαίστορα καλοῦσι, τὸ τῆς βασιλέως γνώμης αὐτοῦ ἀπαίροντας. ὁ Αβαρος δὲ τὰ πρὸς φιλίαν ὑποκρινόμενος, αἱμύλα τε καὶ ἐπαγωγὰ πρὸς αὐτοὺς ἀποφθεγγόμενος, ὑπήγετο ὡς φίλος εἴη Ῥωμαίοις, καὶ ἥκειν ὡς βασιλέα ἐπὶ σπονδαῖς ἐπήγγελτο. οἳ δὴ καὶ ἀναζεύξαντες τὰ τῆς εὐνοίας ἐκείνου δῆλα βασιλεῖ ἐποίουν. οἷς ἄγαν ὑπερηδόμενος, βουλεύεται εἰς τὴν πόλιν Ἡράκλειαν, καθὰ ἦν αὐτοῖς συγκείμενον, τῷ Αβάρῳ συμβαλεῖν. τὴν θυμελικὴν σκευὴν προέπεμπε, καὶ ἱππικὴν ἀγωνίαν ἐπὶ τῇ δοχῇ αὐτοῦ τελεῖν εὐτρέπιζε, στολήν τε

C αὐτῷ λαμπρὰν καὶ τοῖς συνομαρτοῦσιν ἐκόμιζεν. εἶτα κατὰ τὴν Σηλυμβρίαν πόλιν ἀφιγμένος ηὐλίζετο. τρισὶ δὲ ὕστερον ἡμέραις ὁ Χαγᾶνος σὺν πλήθει πολλῷ τῶν Αβάρων ἀμφὶ τὴν Ἡράκλειαν παρῄει. ἀπόδασμον δέ τινα τῶν οἱ ἑπομένων, οἳ ἀλκιμοί τε καὶ μαχιμώτατοι ἐτύγχανον, ἀπολεξάμενος, κατὰ τὰ ὑπερκείμενα τῶν μακρῶν λεγομένων τειχῶν λοχμώδη τε καὶ ἀμφιλαφῆ ἐκπέμψας, σκεδάννυσι κρύβδην κατὰ τῶν τε ἐκεῖ ὀρῶν χωρήσειν τὰ λάσια, ὡς ἂν κατὰ νώτου τοῦ βασιλέως γενόμενοι, αὐτόν τε μέσον, καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ἀπολειψάμενοι, χεῖρον ὑποχείριον. ὅ γε Ἡράκλειος αἰσθόμενος, καὶ οὐ μετρίως τοῦ παραλόγου καταπλαγεὶς, τὸ ἁλουργὸν ἀπαμφιέννυται ἔσθημα. οἰκτρόν δέ τε καὶ πενιχρὸν, ὡς ἂν ἰδιώτης τοῖς ἐντυγχανομένοις φαίνοιτο, περιβαλόμενος ἔνδυμα, τόν τε στέφανον τὸν βασίλειον τῇ

D ὠλένῃ περιαψάμενος, ἀγεννῶς παραχρῆμα εἰς φυγὴν ἐτράπετο. καὶ μόλις πρὸς τὸ Βυζάντιον διεσώζετο, οἱ δὲ Αβαροι σὺν θυμῷ κατὰ τὴν δίωξιν ἐπετίθεντο καὶ πρὸς τὸ τῆς πόλεως, ὃ ἕβδομον καλοῦσι, καταλαβόντες ἱδρύσαντο. ἐνθένδε τε σκεδάννυνται ἄχρι καὶ εἰς τὴν τοῦ Βαρνύσου ποταμοῦ γέφυραν, καὶ τὰ τῇδε χωρία πικρῶς καταπλήξαντο, καὶ τῶν Ῥωμαίων ὅμιλον ἀφειδῶς ἐκεράϊζον· τήν τε βασιλικὴν ἐσθῆτα, καὶ τὰς στολὰς παραλαμβάνουσι. πρὸς δὲ καὶ τὰ θυμελικὰ ὄργανα, καὶ τοὺς διακομίζοντας ἅπαντας. πλεῖστον δὲ ὅσον λαὸν ἠνδραποδισμένοι δορυάλωτον ἄγοντες, πρὸς τὰ σφέτερα ἀπεκόμισαν· εἰς ἑβδομήκοντα δὲ καὶ διακοσίας χιλιάδας ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, καθάπερ ἔνιοι τῶν ἁλόντων διαδράντες ἀλλήλοις συνῳδὰ ἔφασαν, ὁ ἀριθμὸς αὐτοῖς ἅπας συ-

E νήνεκτο.

Ἡρακλείῳ δὲ τῶν κοινῶν αὐτοῦ πραγμάτων ἐπὶ τοσοῦτο δυσχερείας καὶ ἀνωμαλίας ἡκόντων, οὐ μὴν οὐδὲ τὰ οἰκεῖα εὖ θέσθαι φροντὶς ἐγεγόνει. ἀλλ᾽ ὅγε πρὸς πρᾶξιν ἀθέσμιον, καὶ ἣν Ῥωμαίων ἀπαγορεύουσι νόμοι, ἰδὼν, τὸ πρὸς τὴν ἀνεψιὰν Μαρτῖναν ἠσπάσατο κῆδος. θυγάτηρ αὕτη Μαρίας τῆς αὐτοῦ ἐτύγχανεν ἀδελφῆς, πατρὸς δὲ Μαρτίνου, ᾗ Μαρία πρὸ Εὐ-

τροπίου

A τροπίου γαμέτην ἐκέκτητο· καὶ δὴ δύο υἱεῖς ἐξ αὐτῆς τίκτει, ὧν τὸν μὲν Φλάβιον, τὸν δὲ Θεοδόσιον προσηγόρευσεν. ἡ δίκη δὲ ἐπελάμβανε τὸ ἀθέμιτον. καὶ τοῦ μὲν πρεσβυτέρου παρειμένον ἐδείκνυ τὸν αὐχένα· ὡς μηδ' ἑτέρωθι ἐπιστρέφεσθαι οἷόν τε εἶναι. τοῦ δ' αὖ νεωτέρου τὴν ἀκουστικὴν ἀφῄρητο αἴσθησιν, καὶ κωφὸν ἤδη ἀπέφαινε. διέλεγχον δὲ αὐτοῦ μάλιστα τὸ ἄσημον συνοικέσιον ἐπὶ ταῖς ἱππικαῖς ἁμίλλαις καὶ οἱ τοῦ Πρασίνου δημόται χρώματος· συνῄνουν τε ἐπὶ ταύτῃ καὶ συνέπραττον. Σέργιος δὲ ὁ τῶν Βυζαντίων ἱεράρχης γράμμασιν αὐτὸν λιπαρῶς ἐγκείμενος ἐνουθέτει τὴν πρὸς τὸ γύναιον τοῦτο κοινωνίαν ἀνήνασθαι. ὁ δὲ αὐτῷ ἀπελογεῖτο· ὡς εὖ μὲν ἔχοι τὰ παρὰ σοῦ λεγόμενα· ὃ γάρ σοι χρέος ὡς Ἀρχιερεῖ καὶ φίλῳ, ἤδη ἀποδέδωκας· ἐφ' ἡμῖν δὲ τὸ λοιπὸν κείσεται τὰ τῆς πράB ξεως. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν διεπιπράσκοντο τὰ τῶν ἐκκλησιῶν κειμήλια, καὶ εἰς ὑπαγωγὴν φόρου, τοῖς Βαρβάροις ἐξωνεμήθη.

Αὖθις οὖν ἐπιστρατεύει Χοσρόης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς κατὰ Ῥωμαίων, Σάρβαρον ἡγεμόνα τῆς στρατιᾶς ἐκπέμψας· ὃς κατέδραμε πᾶσαν τὴν ἀνατολικὴν χώραν. καταλαμβάνει δὲ τῶν ἁγίων τόπων τὰ ζωοποιὰ ξύλα τοῦ σωτηρίου σταυροῦ, Μοδέστου τηνικαῦτα Ἱεροσολύμων προεδρεύοντος. παρεσκευάζοντο δὲ οἱ Πέρσαι, καὶ ἠπείγοντο μέχρις ἐλθεῖν εἰς Χαλκηδόνα. ὁ οὖν Ἡράκλειος ἔκ τε Περσῶν καὶ Ἀβάρων θορυβούμενος, ἅμα καὶ λιμῷ πιεζομένης τῆς Ῥωμαϊκῆς πολιτείας, καὶ λοιμικῷ θανάτῳ φθειρομένης, προσεκαλεῖτο Σέργιόν τε τὸν τῆς πόλεως C πρόεδρον· ἔτι τε καὶ ἄρχοντας, καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ λαοῦ μέρος, παρατίθεται αὐτοῖς τοὺς παῖδας, καὶ Βῶνον τὸν Πατρίκιον ἐγχειρίζει τὰς τῶν πραγμάτων διοικήσεις· καὶ ἀπάρας διὰ τοῦ Εὐξείνου ἐπειρᾶτο διὰ Λαζικῆς εἰς τὴν Περσικὴν εἰσβαλεῖν. καθ' ἣν τίκτεται αὐτῷ υἱὸς ἐκ Μαρτίνης τῆς γυναικός. μεθ' ἑαυτοῦ γὰρ ταύτην ἦγετο· ὃν καὶ ἐπωνόμασεν Ἡράκλειον. ἐντεῦθεν ἀποστέλλει δῶρα πρὸς τὸν Τούρκων κύριον ἐπὶ συμμαχίᾳ τῇ κατὰ Περσῶν συγκαλούμενος. ὁ δὲ δεξάμενος ὑπέσχετο συμμαχήσειν. ἐν τούτῳ ἡσθεὶς Ἡράκλειος ὥρμησε καὶ αὐτὸς πρὸς αὐτόν. κἀκεῖνος τὴν τοῦ βασιλέως παρουσίαν ἀκηκοώς, σὺν πλήθει Τούρκων πολλῶν τῷ βασιλεῖ ὑπηντίαζε, καὶ ἀποβὰς τοῦ ἵππου τῷ βασιλεῖ κατὰ γῆς προσκυνεῖ. ἐποίει δὲ τοῦτο καὶ ὁ σὺν D αὐτῷ πᾶς ὄχλος. ὁ δὲ βασιλεὺς τὸ ὑπερβάλλον τῆς τιμῆς θεασάμενος, ἐδήλου αὐτῷ, ὡς εἰ τὰ τῆς φιλίας αὐτῷ βέβαια εἴη, καὶ ἐποχούμενον πλησιάζειν· καὶ ἅμα τέκνον ἴδιον ἀποκαλῶν. οὕτως οὖν οὗτος ἀσπάζεται τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ ὃν περιέκειτο στέφανον, τῆς κεφαλῆς λαβών, τῇ τοῦ Τούρκου κεφαλῇ περιέθετο· συμποσιάσας τε αὐτῷ πάντα τὰ εἰς ὑπηρεσίαν τοῦ συμποσίου σκεύη, ἅμα καὶ στολὴν βασιλικήν, καὶ ἐνωτίοις ἐκ μαργάρων κεκοσμημένοις δωρεῖται αὐτῷ· ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ἄρχοντας τοῖς ὁμοίοις ἐνωτίοις αὐτοχειρίᾳ ἐκόσμει. εἶτα δεδιὼς μὴ τὰ αὐτὰ τῷ Ἀβάρῳ καὶ παρ' ἐκείνου πείσεται, ἐπικρατέστερα δ' αὐτῷ καὶ τὰ τῆς συμβάσεως ἀπεργάζεται· παραδείκνυσιν αὐτῷ τῆς θυγατρὸς Εὐδοκίας εἰκόνα· ἔφη τε πρὸς αὐτόν· ὡς ἥνωσεν ἡμᾶς ὁ Θεός, σὲ τέκνον ἐμὸν ἀπέδειξεν. ἰδοὺ δὴ αὕτη θυγάτηρ μου ἐστί, E καὶ Ῥωμαίων Αὐγοῦστα. εἰ οὖν συναίρεις μοι, καὶ βοηθεῖς κατὰ τῶν ἐχθρῶν, εἰς γυναῖκα δίδωμί σοι αὐτήν. ὁ δὲ τῷ κάλλει τῆς εἰκόνος, καὶ τῷ περὶ αὐτὴν κόσμῳ τρωθεὶς ἔρωτι τοῦ ἀρχετύπου ἔτι μᾶλλον ἐπὶ τῇ συμμαχίᾳ ἐπέκειτο. εὐθὺς οὖν ἄρχοντα καὶ πλῆθος Τούρκων τῷ βασιλεῖ παραδίδωσι· σὺν αὐτοῖς τε εἰς τὴν Περσικὴν εἰσβαλὼν, τάς τε πό-

bus susceptis, alteri Flavio, alteri Theodosio nomen imposuit. Sed tam nefandum scelus divina justitia persequitur. Horum enim liberum seniori collum ita dissolutum est, ut alio torqueri non posset, junior erepto audiendi sensu penitus obsurduit. At turpes illas & inhonestas nuptias Prasina potissimum factio per Circenses ludos agitabat, approbantibus contra & faventibus aliis. Sergius porro Constantinopolitanus Patriarcha litteris suis vehementius instabat, ut illam cum muliere societatem abjiceret. Ad hæc Imperator ita respondit: (Recte tu quidem omnino dicis: quod enim & Patriarcham & amicum decet, quoddam veluti debitum reddidisti. Sed nostri erit arbitrii factis ipsis præstare quod jubes.) Per idem tempus Ecclesiarum thesauri distracti sunt, & tributi nomine in barbaros divisi. Edit. Paris. pag. 11.

At Chosroes rursum contra Romanos exercitum mittens, Sarbarum ei Ducem præfecit, qui Oriente pervastato, salutaris Crucis vivifica ligna in sanctis locis occupat, Modesto tunc Hierosolymorum Ecclesiam gubernante. Quin Persæ longius insuper progressi Chalcedonem properabant. Heraclius, Persis eodem tempore & Avaribus infestantibus, cum una & fame & pestilentia respublica premeretur, Sergium Patriarcham cum magistratibus atque omni populo convocans, filios suos eorum fidei committit, & Bonum Patricium rerum administrationi præficit. Hinc Euxino mari navigans per Lazorum provinciam in Persidem irrumpere conatus est: Ubi ex Martina conjuge filius nascitur (hanc enim secum adduxerat) quem Heraclium nominavit. Indidem porro legatos cum donis ad Turcarum principem destinat, quibus eum ad belli contra Persas societatem alliceret. His ille acceptis, auxilio futurum se pollicitus est. Ea re gavisus Heraclius ad illum ipse perrexit. Qui adesse Imperatorem audiens, cum magna Turcarum manu obviam processit, & ex equo desiliens humi se coram illo prostravit. Idem & universi ejus comites fecerunt. Imperator tantum sibi ab illis honorem exhiberi videns, Duci eorum significat, si firmam ac sinceram amicitiam inire vellet, equo etiam vectus accederet, filium insuper eumdem appellans. Ita demum ad Imperatoris complexum admissus est, qui detractam sibi coronam Turcæ capiti imposuit. Cumque hunc ad convivium invitasset, omnia convivii vasa atque utensilia cum regia veste, & inauribus ex margaritis ei donavit. Dedit & inaures alias principibus qui eum comitabantur, quas manu sua dilargitus est. Post hæc veritus ne idem quod Avarus fecerat, contra se tentaret, fœdus istud firmioribus vinculis adstrinxit. Nam Eudociæ filiæ maginem demonstrans, hunc in modum alloquitur: (Cum primum nos Deus conciliavit, filium te meum esse voluit. En igitur & filiam meam, & Romanorum Augustam, quam, si me adjuveris, & contra hostes auxilium dederis, uxorem tibi spondeo.) Ad hæc Barbarus imaginis pulchritudine & ornatu in archetypi amorem impulsus, eo ad firmandam societatem propensior factus est. Statim igitur Turcarum copias cum Duce Imperatori tradidit. Quibuscum in Persidem irruens oppida subvertit, atque Ignis de-

IↃCXV. IↃCXXII. IↃCXXV. pag. 12.

lubra prosternit. Horum in uno Chosrois simulacrum reperit divino habitu consecratum. Nam in hujus tecto tamquam in cælo quodam sedentem se collocaverat. Expressæ circum erant fulgurum ac Solis & Lunæ species, circumstante Angelorum turba. Præter hæc machina erat qua fulmina cum vellet, aut pluvias mitteret. Hoc detestandum monstrum conspicatus Heraclius humi dejicit, & in pulverem comminuit. Postquam Chosroes cum alia omnia comperit, tum Turcas ab Heraclio in societatem receptos, de his certiorem per litteras Sarbarum reddit, ac quam celerrime a Romanorum finibus ad se reverti jubet, & Heraclio copias suas opponere: neque enim se illius exercitum sustinere posse. Hæ porro litteræ in itinere interceptæ ad Heraclium delatæ sunt: quibus ille perlectis & suppressis alias tamquam a Chosroe missas supposuit, & illius sigillo obsignatas ad Sarbarum misit, quibus ea continebantur: Romanorum Imperatorem cum Turcis amicitiam iniisse, & Adoryadiganum usque pervenisse, quem misso a se exercitu cum Turcis esse profligatum, reliquos fuga sibi consuluisse. Quamobrem hortari ne ex Romanorum agro exercitum transportet, sed Chalcedonem obsidere, ac Romanos capere prædarique pergat. Quibus acceptis litteris Sarbarus eodem in loco substitit.

DCXXVI. At Abari dissoluta jam pace, etenim Heraclius priusquam in Persas exercitum duceret, muneribus ad eos missis illam firmaverat, atque insuper ducenta bis nummorum millia promiserat, obsidesque dederat Joannem cognomento Athalaricum naturalem filium ex concubina natum, & Stephanum consobrinum Mariæ sororis filium, & Eutropium, necnon & Joannem alterum Boni Patricii filium, eumdemque spurium, & ex pellice susceptum. Sed Barbari expeditione facta castra ad Constantinopolim admovent, ibique suburbana omnia incendio vastant. Ita diviso inter se velut Thracio Bosphoro Persæ Asiaticum limitem, Avares Thraciam infestabant. Iidem ad muros expugnandos machinas fabricaverant, turres scilicet ligneas & testudines: quas cum mœnibus admovissent, repente divina virtute dissolutæ sunt, obtritis, qui in illis erant Avarum propugnatoribus. Erant in eorumdem exercitu Sclavinorum auxiliares copiæ bene multæ, quas illi secum adduxerant: quibus & signum dederant, ut cum accensas faces ex Blachernarum munitione conspexissent, quam Alam nuncupant, statim actuariis lembis irrumperent, & remigio ad urbem subvecti tumultum ac terrorem injicerent; per quem nullo prohibente, ipsi de muris subito impetu facto urbem invaderent. Quibus ad Bonum Patricium perlatis, mox biremibus ac triremibus instructis armisque dispositis, ad eum locum unde signum attollendum erat, classem dirigit, eodemque tempore biremes contrarium ad littus applicat. Inde facibus erectis signum dari jubet. Hoc ubi Sclavi conspicati sunt, a fluvio, quem Barnyssum vocant, recta ad urbem naviglis feruntur. At nostri obviam progressi in medium receptos & circumventos opprimunt, tantaque cædes hostium facta est, ut mare ipsum purpureo colore tingeretur. Inter cæsorum cadave-

λοις καθῄρει, καὶ τὰ πυρεῖα διέστρεφεν. ἐφ᾽ ἑνὸς δὲ τόπου εὕρηται Χοσρόης ἑαυτὸν θεοποιήσας. ἐν τῇ τούτου στέγῃ ἑαυτὸν καθήμενον ὡς ἐν οὐρανῷ ἀνεστήλωσεν. ἀστραπὰς, καὶ ἥλιον, καὶ σελήνην συγκατασκευάσας· ἀγγέλους περιεστῶτας αὐτῷ· καὶ βροντὴν διὰ μηχανῆς ποιεῖν καὶ ὕειν ὁπόταν θελήσειε· τοῦτο τὸ βδέλυγμα θεασάμενος Ἡράκλειος εἰς γῆν κατέρριψε, καὶ ὡς κονιορτὸν διέλυσε· Χοσρόης τοίνυν ἀκούσας ταῦτα ἄλλα πάντα, καὶ ὡς Τοῦρκοι συμμαχοῦσιν Ἡρακλείῳ, δῆλα ἐποίει πάντα διὰ γραφῆς τῷ Σαρβάρῳ, καὶ ὡς τάχιστα πρὸς αὐτὸν ἐκ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀναζευγνῦναι, καὶ Ἡράκλειον ἀμύνασθαι. μὴ δὲ γὰρ δύνασθαι τῷ πλήθει τῷ ἐκείνου ἀντικαθίστασθαι. τὸ δὲ γράμμα περιτραπὲν Ἡρακλείῳ ἐγχειρίζεται. ὁ δὲ τοῦτο ἀναγνοὺς, ταῦτα μὲν ἐξηφάνισε, ἑτέραν δὲ γραφὴν ὡς ἀπὸ Χοσρόου σκευασάμενος, τῷ Σαρβάρῳ ἐκτίθεται, τῇ ἐκείνου σφραγῖδι σημηνάμενος, ἔχουσαν οὕτως· Ὁ Καῖσαρ Ῥωμαίων φιλίαν μετὰ Τούρκων ἐσπείσατο. καὶ εἰσῆλθε μέχρι τοῦ Ἀδορυαδιγάνου καλουμένου τόπου. καὶ ὅτι πέμψας στρατιὰν καθ᾽ αὐτοῦ, αὐτόν τε καὶ τοὺς Τούρκους διώλεσα· οἱ δὲ περιλειφθέντες ἔφυγον. μὴ οὖν ἀπάρῃς ἐκ τῆς Ῥωμαίων γῆς, ἀλλὰ τῇ Χαλκηδόνι προσεδρεύσας, Ῥωμαίους αἰχμαλωτεύων καὶ ληϊζόμενος. καὶ Σάρβαρος μὲν τὸ γράμμα δεξάμενος, τῆς προσεδρείας εἴχετο.

Οἱ δὲ Ἄβαροι ἐπεὶ τὰς σπονδὰς διέλυσαν. καὶ γὰρ Ἡράκλειος πρὶν Πέρσας ἐκστρατεῦσαι δώροις πρὸς αὐτοὺς ταύτας ἐβεβαίου, ὑποσχόμενος παρασχεῖν αὐτοῖς νομισμάτων μυριάδας εἴκοσι, ὁμήρους αὐτοῖς δεδωκὼς ἕνα τῶν υἱῶν Ἰωάννην τοὔνομα· ὃν δὴ καὶ Αταλάριχον ἐκάλεσε· νόθος δὲ ἦν αὐτῷ ἐκ παλλακῆς. καὶ Στέφανον ἀνεψιὸν αὐτοῦ υἱὸν Μαρίας τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ, καὶ * Εὐξόπιον· ἔτι δὲ καὶ Ἰωάννην ἕτερον υἱὸν Βώνου τοῦ Πατρικίου, καὶ αὐτὸν ἐκ παλλακῆς αὐτῷ γεγονότα· καὶ αὐτοὶ ἐκστρατεύσαντες τῷ τείχει τοῦ Βυζαντίου πελάζουσιν. εὐθύς τε πάντα ἐνεπίμπρων τὰ προάστεια, καὶ ὥσπερ ἀναμερισάμενοι ἑκάτεροι τὸν Θρᾳκικὸν Βόσπορον· Πέρσαι μὲν τὰς τῆς Ἀσιατίδος μοίρας καθῄρουν· Ἄβαροι δὲ τὸν ἐπὶ Θρᾴκης διέφθειρον χῶρον· ἀλλήλοις τε λόγους οἱ Ἄβαροι μηχανήματα τειχομάχα [illegible]. πύργοι δὲ ἦσαν ξύλινοι καὶ χελῶναι τὰ κατασκευάσματα· καὶ ἐπεὶ προσῆψαν τῷ τείχει τὰ ὄργανα, θεία δύναμις ἐξαπιναίως ταῦτα διέλυσε, καὶ τοὺς ἐν αὐταῖς τῶν Ἀβάρων μαχητὰς διώλεσεν. ἐπειδὴ δὲ καὶ Σκλαβηνῶν πλήθη οἱ Ἄβαροι ἐπεφέροντο, καὶ εἰς συμμαχίαν ἐχρῶντο, δεδώκασι δὲ αὐτοῖς σημεῖον, ὡς ἡνίκα ἂν ἴδοιεν πυρσοὺς ἀναφθέντας εἰς τὸ Βλαχερνῶν προτείχισμα, τὸ καλούμενον πτερὸν, εὐθὺς ἅμα τοῖς μονοξύλοις ἀκατίοις [illegible] ἐπεξίοιεν, ὡς πλοΐμῳ ἀναφανέντες τὴν πόλιν κραταιῶς θορυβήσωσιν· αὐτοί τε ἀδείας λαβόμενοι ἐκ τῶν τειχῶν ἀνατρέχοντες ἐντὸς τῆς πόλεως γένωνται. δῆλα οὖν ταῦτα Βώνῳ τῷ Πατρικίῳ ἐγένοντο, καὶ αὐτὸς διήρεις μὲν καὶ τριήρεις ἁρμόσας, εἰς τὸν χῶρον, ἐν ᾧ τὸ σημεῖον ἐδίδοτο, καθοπλίσας προσώρμισεν, ὡσαύτως καὶ πρὸς τὴν ἀντίπερα ἀκτὴν τὰς διήρεις ἐπέλασε· ἐκφρυκτωρεῖσθαι τε εὐθέως ἐπέτρεψεν. ὅπερ δὴ οἱ Σκλάβοι θεασάμενοι, ἐκ τοῦ ποταμοῦ τοῦ καλουμένου Βαρνύσσου ἀφώρμισαν, καὶ κατὰ τῆς πόλεως ᾔεσαν· αἱ δὲ ἐπεκδραμοῦσαι, καὶ εἰς μέσον αὐτοὺς ἀπολαβοῦσαι, ἐκ τοῦ εὐθέος ἔκτεινον, καὶ αἵματι πολλῷ τὸ θαλάσ-

* f. Εὐτρόπιον

Edit. Paris. pag. 13.

σιν ὕδωρ ἐφοινίσσετο. ἐν τοῖς πτώμασιν οὖν τῶν ἀναιρεθέντων καὶ γυναῖκες Σκλαβηναὶ κατεφαίνοντο. ἀλλὰ ταῦτα οἱ Βάρβαροι θεασάμενοι, καὶ τῆς προσεδρείας ἀπειπόντες, πρὸς τὴν αὐτῶν ἀνεζεύγνυον. ὁ δὲ Ἀρχιερεὺς τῆς πόλεως σὺν Κωνσταντίνῳ τῷ βασιλεῖ εὐχαριστηρίους λιτὰς τῷ Θεῷ προσέφερον ἐν τῷ ναῷ τῆς Θεομήτορος, τῷ ἐν Βλαχέρναις ἱδρυμένῳ, ἀφικόμενοι· τεῖχος εὐθὺς δωμησάμενοι τοῦ ἱεροῦ ἐκείνου ναοῦ φρούριον κατέστησαν. καὶ τὰ μὲν Ἀβάρων οὕτω πη εἶχεν.

Μαθὼν δὲ Χοσρόης Ἡράκλειον πλησιάσαντα τοῖς βασιλείοις Περσῶν, ἐκπέμπει κατ' αὐτοῦ στρατηγόν τινα, Ῥιζάτην ὄνομα, γενναῖον ὄντα καὶ ἔμπειρον τὰ πολέμια. οὗτος ἐλθὼν τῷ βασιλεῖ παρατάσσεται, καὶ τῆς οἰκείας ἀφορμῶν φάλαγγος μόνος πρὸς * μόνῳ προυκαλεῖτο διαμάχεσθαι. Ἡράκλειος δὲ, ἐπεὶ οὐδένα τοῦ οἰκείου στρατοῦ προθυμούμενον ἐπεγίνωσκεν, αὐτὸς ἐξῄει κατὰ τοῦ βαρβάρου. ὁ δὲ ὡς τὴν τοξικὴν ἔμπειρος, οἰστὸν ἀφίει, καὶ ἄκρων χειλέων τοῦ βασιλέως καθήπτετο. εἶτα καὶ ἄλλον οἰστὸν ἐξέπεμψε, καὶ τὸν σφυρὸν τοῦ ποδὸς ἐπέξυσεν. αὐτὸς δὲ Ἡράκλειος τῷ ἵππῳ ἐπῄει, καί τις τῶν αὐτοῦ δορυφόρων προφθάσας τὸν ὦμον Ῥιζάτου ξίφει ἀπέτεμε, καὶ αὐτὸν πεσόντα ὁ βασιλεὺς κατηκόντισε· καὶ εὐθὺς τὴν τούτου κεφαλὴν ἀπέτεμεν. ἐπὶ δὲ τῇ νίκῃ ταύτῃ προθυμίας ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατὸς πλησθεὶς, αἰσθόμενος τὴν τοῦ βασιλέως παῤῥησίαν, κατὰ Περσῶν ἐχώρουν συντονώτατα, καὶ ἀνακράτος ἡττηθέντας ἐδίωκον· καὶ πλῆθος αὐτῶν πολὺ ἀπέκτειναν.

* f. μόνον

Οἱ δὲ Περσῶν ἄρχοντες ἐπεὶ διεγνώκεισαν ὡς ὁ τῶν Ῥωμαίων βασιλεὺς ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας τῆς οἰκείας ζωῆς κατεφρόνησε, μετὰ Σειρόου τοῦ υἱοῦ Χοσρόου βουλεύονται Χοσρόην ἀνελεῖν, μέγα περὶ τῆς οἰκείας πολιτείας καταφρονήσαντα. τοῦτον οὖν ἐφ' ἑνὶ τῶν βασιλικῶν οἴκων κατέκλεισαν, καὶ τροφὴν οὐκ ἐδίδοσαν. προὔθηκαν δὲ χρυσὸν καὶ ἄργυρον, καὶ λίθον πλεῖστον, λέγοντες, τούτων ἀπόλαυε οἷς κατεμάνης, καὶ ἅπερ ἠγάπησας καὶ συνήγαγες. καὶ οὕτω λιμώττοντα ἐπελθόντες ἀνεῖλον. Σειρόην δὲ τὸν τούτου υἱὸν βασιλέα Περσῶν ἀνηγόρευσαν· ὃς εὐθὺς πρὸς Ἡράκλειον διαπρεσβεύεται, δῶρά τε ἐξέπεμψεν, ὡς πείσεσθαι αὐτῷ. γράφει δὲ πρὸς αὐτὸν ἑνοῦσθαί τε ἀλλήλοις τὰς ὑπ' αὐτῶν πολιτείας, καὶ εἰρήνην παρὰ Θεοῦ ἀσπάζεσθαι, ὡς ἑκάστην παρ' ἑαυτὴν ἡσυχάζειν. ᾧ ἀντέγραφε καὶ Ἡράκλειος, τέκνον τὸν Σειρόην καλῶν· καὶ ὡς οὐκ ἦν αὐτῷ ποτε κατὰ γνώμην βασιλέα τῆς ἑαυτοῦ δόξης ἐκπεπτωκέναι· διὸ οὐδὲ Χοσρόην. ἀλλ' εἰ καὶ πλεῖστα καὶ κάκιστα Ῥωμαίοις καὶ Πέρσαις ἐπεδείξεν, ἑωρακὼς ἂν ἔφασκε περισωθέντα, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐπικρατέστερος ἐγενόμην, εἰς τὴν αὐτοῦ ἀποκαθιστᾶν βασιλείαν· Θεὸς τὴν ἐκείνου πρόθεσιν ἐγνωκὼς, μετῆλθεν αὐτῷ ἀξίαν τὴν δίκην, ὡς μὴ τῶν πολλῶν γενέσθαι κατάλυσιν· ἡμῖν νῦν τὴν ἕνωσιν παρασχόμενος. περί τε τῶν ζωοποιῶν ξύλων ὧν εἷλε Σάρβαρος ἐξ Ἱεροσολύμων, λιπαρῶς ἐπέκειτο ἐπιζητῶν. ὁ δὲ ὑπέσχετο δώσειν, εἴπερ αὐτῷ καταφωρα γένοιτο. περί τε τῶν πρεσβευτῶν οὓς Σάϊτος πρὸς Χοσρόην ἀπήγαγε δόλῳ· ὡς Λεόντιος μὲν κοινῷ θανάτῳ ἐτελεύτα· τοὺς δὲ ἄλλους Χοσρόης ξύλοις ἔκτεινεν, αἰσθόμενος αὐτὸν Ἡράκλειον εἰς τὴν Περσικὴν εἰσβαλόντα.

Εὐθὺς οὖν Σειρόης ἐτελεύτα. κρατεῖ δὲ τῆς βασιλείας Περσῶν Καβόης, ὅς τις μετ' οὐ πολὺ τε-

A ra Sclavinæ quoque mulieres inventæ sunt. Quæ cum omnia Barbari conspexissent, obsidionis ac moræ pertæsi in patriam revertuntur. Tum Patriarcha cum Constantino Imperatore ad *Divæ* Virginis templum, quod in Blachernis erat, progressi, ingentes Deo gratias persolvunt, ibidemque murum ad hujus templi præsidium ædificant. Hunc in modum ab Avaribus res ad Constantinopolim gesta est.

Interim Chosroes ubi adesse jam Heraclium atque ad Regiam accedere comperit, unum ex Ducibus suis Rusatem nomine, virum strenuum ac belli peritum adversus eum mittit, qui acie contra Imperatorem disposita ante ordines suos procedens solus solum ad certamen B provocat. Heraclius eum nemini suorum ad hoc prælium audaciæ satis esse videret, contra Barbarum ipse progreditur. Ille ut erat sagittandi peritus, emisso spiculo summa Imperatoris labia perstrinxit; inde alio directo imum pedis talum detersit. Heraclius equo in eum invehitur; cumque e prætorianis quidam gladio Rusatæ humerum amputasset, cadentem hunc Imperator jaculo confixit, ac subinde caput præcidit. Hac victoria Romani alacriores facti, & Imperatoris audacia confirmati, magno impetu in Persas irruere & funditus profligatos fugientesque persequi, innumeros eorum interficere.

IϽCXXVII.

Post hæc Persarum Principes, ubi Ro- C manorum Imperatorem vidissent pro tuendo Imperio ne vitæ quidem suæ parcere, de Chosrois nece, qui Imperium suum adeo contemneret, cum Siroe ejus filio consilium capiunt, quem demum in una ex regiis ædibus concludunt, & cibo omni subtracto, auri & argenti ac lapillorum vim maximam coram eo proponunt, atque iis vocibus, insultant: (Fruere iis agedum, quorum insana cupidine flagrasti, quæque amasti tantopere atque collegisti.) Ita fame enectum postremo irruentes interficiunt. Tum Siroen ejus loco Persarum regem pronunciant. Qui statim legatis ad Heraclium missis munera ad eum placandum obtulit. Addidit insuper litteras, quibus hortabatur, ut ambo invicem Imperia conjungerent, & D concessa a Deo pace fruerentur, ea lege, ut utrumque suis se finibus contineret. Ad hæc Heraclius rescribit, filium appellans Siroen: Nulli se umquam Principi Imperium eripere voluisse, neque ipsi adeo Chosroi. Qui tametsi quamplurima in Persas æque ac Romanos scelerate commiserit, libenter nihilominus (ajebat) sospitem eum atque incolumem, licet in potestate haberem, Imperio suo restituissem. Sed Deus qui illius consilia cognorat, dignas in eum pœnas constituit, ne ab eo plurimi suis rebus everterentur; idemque nobis pacem ac concordiam concessit. Adjecit præterea & conditionem hanc, ut vivifica ligna, quæ Sarbarus ex E Hierosolymis transtulerat, sibi redderentur, eique rei admodum instabat. Quæ Siroes redditurum se promisit, si uspiam invenire posset. De legatis vero, quos Saitus fraude circumventos ad Chosroen perduxerat, ita significavit, Leontium naturali exitu vitam finisse, cæteros Chosroen fustuario necasse, cum primum Heraclii in Persidem irruptionem audisset.

Edit. Paris. pag. 14.

Paulo post Siroe mortuo, Caboes Persarum Imperium obtinet; quo ite-

rum non longe postea defuncto, Hormisdas succedit. Qui quidem legatos & ipse ad Heraclium mittens, filium suum cum pecuniis ac muneribus exquisitis ad eumdem allegat. Porro ejusmodi litterarum sententia fuit: (Quemadmodum Deum vestrum dicitis seni cuidam Simeoni in ulnas datum, ita ego servum tuum, filium meum tuas in manus committo. Norit Deus quam tu illum honeste sis habiturus.) Hunc Imperator excipiens magno in honore habuit, & post Hormisdæ mortem ad Persarum Imperium evexit.

Interim Sarbarus audita Chosrois & Sirois, & Cabois, & Hormisdæ morte, e Romanorum finibus recedit. ac per litteras se apud Heraclium excusat: Non sponte se quæ contra Romanos egerat, sed ex ejus a quo missus erat, voluntate fecisse. Orare proinde ut ad eum tuto venire posset, atque in ejus servitute & obsequio degere. Quod si fidem Imperator sibi dare vellet, venturum se ajebat, magnamque opum vim secum ex Perside delaturum, ad ea instauranda, quæ in Romanorum Imperio vastasset.

Edit. Paris. pag. 15.

Dum hæc aguntur, Hormisdæ filius suorum insidiis opprimitur. Sarbarus ab Imperatore Persarum regnum impetrat, ea lege, ut quidquid de Romanorum Imperio a Persis occuparetur, integrum redderet. Ita pace constituta, Barbarus Ægyptum atque Orientem universum Romanis restituit, detractis Persarum præsidiis vivifica ligna ad Imperatorem mittit. Heraclius Nicetæ filium ad Patriciatum promovet: ejusdemque filiam Nicen Theodosio, quem ex Martina susceperat, matrimonio conjungit. Gregoriam porro Nicetæ filiam e Pentapoli adductam Constantino Romanorum Imperatori copulat; quam adhuc vivo parente illius desponderat.

ↃCXXXI. Sub idem tempus ex Æthribo, regio hæc est felicis Arabiæ; emersere Saraceni, ac vicinia loca facta irruptione populati sunt. Heraclius porro, Eudociam filiam, quam Turcorum Principi pactus erat, ad eum Byzantio proficisci jubet. Sed cum de Barbari cæde allatum esset, eadem Imperatoris mandato revertitur. Dumque adhuc Heraclius in Perside moratur, duo ejus filii, totidemque filiæ diem obeunt. Ipse vivifica ligna ita uti erant, cum primum capta fuit, obsignata secum deferens, Hierosolymam perrexit, & Modesto Patriarchæ ejusque clero monstravit. Ab iis integra adhuc signa deprehensa sunt; intellectumque sanctissima hæc ligna neque profanis ac pollutis manibus attrectata, neque ab illis penitus conspecta: eoque nomine gratiæ Deo ac laudes persolutæ. Tum Patriarcha clavem, quæ apud se remanserat domo deferens, adorantibus universis loculum aperit. Post hæc erecta illic Cruce, Imperator eam illico Byzantium remittit.

Cui Sergius Patriarcha ex Blachernis, quod templum Dei matris est, cum litaniis obviam processit, & ad maximam Ecclesiam deducens, ibidem illam erexit. Hæc omnia Indictione secunda contigerunt.

Paulo post vero Heraclius Byzantium rediens cum fausta omnium acclamatione atque ingenti magnificentia a civibus receptus est. Quatuor illum elephanti vehebant: quos insuper ad populi voluptatem ludis Circensibus traduxit. In-

A θνήσκει. μεθ᾽ ὃν βασιλεύει Περσῶν Ὁρμίσδας· ὃς καὶ αὐτὸς διαπρεσβεύεται πρὸς Ἡράκλειον, τόν τε ἴδιον υἱὸν σὺν χρήμασι καὶ δώροις πολυτιμήτοις πρὸς αὐτὸν ἀπέστειλεν. ἐσήμαινε δὲ διὰ γραμμάτων τάδε. ὃν τρόπον λέγετε τὸν Θεὸν ὑμῶν δοθῆναι γηραιῷ τινὶ ἀνθρώπῳ Συμεὼν εἰς τὰς ἀγκάλας· οὕτω καὶ τὸν δοῦλόν σου τὸν υἱόν μου δίδωμι εἰς τὰς χεῖράς σου. γνοίη δὲ Θεὸς ὃ σεμνῶς ποιήσεις αὐτῷ. ὁ δὲ δεξάμενος μεγάλως ἐτίμησε. εἶτα τελευτήσαντος Ὁρμίσδου βασιλέα Περσῶν ἐποίησεν.

Σάρβαρος δὲ ἀκούσας ὅτι Χοσρόης, καὶ Σειρόης, Καβόης καὶ Ὁρμίσδας ἐτελεύτησαν, ἐκ τῆς Ῥωμαίων ὑπεξέσει χώρας. γράφει τε ἀπολογίαν πρὸς Ἡράκλειον,
B ὡς οὐχ ἑκὼν, ἀλλὰ γνώμῃ τοῦ ἀποστείλαντος, ἐστράτευεν ἅπερ εἰς Ῥωμαίους πεποίηκε· παραγενέσθαι δὲ αὐτὸν ἐζήτησε, καὶ ὡς δοῦλον πειράσασθαι. λόγοις τε πίστεως παρὰ βασιλέως βεβαιωθεὶς, ἥκειν πρὸς αὐτὸν καὶ χρήματα ἐκ Περσίδος διδόναι ὑπισχνεῖτο, δι᾽ ὧν πάλιν καινίζοιντο ὅσα αὐτὸς ἐν χώρᾳ τῇ Ῥωμαίων κατεστρέψατο.

Ἐν τούτοις ἐπιβουλεύεται καὶ ἀναιρεῖται ὁ υἱὸς Ὁρμίσδου. καὶ Σάρβαρος παρὰ βασιλεῖ τῶν Περσῶν ἀρχὴν ἐξαιτεῖ. ὁ δὲ ἐδίδου. καὶ ἀλλήλων συνετίθεντο πάντα τὰ ἐκ Ῥωμαίων ὑπὸ Πέρσαις γενόμενα Ῥωμαίοις ἀνασώζεσθαι. εἰρήνης τε βραβευθείσης τήν τε Αἴγυπτον, καὶ πᾶσαν τὴν ἀνατολικὴν γῆν Ῥωμαίοις ἀποδίδωσι Βάρβαρος
C τοὺς ἐκεῖσε Πέρσας ἐξελὼν, τά τε ζωοποιὰ ξύλα πρὸς βασιλέα στέλλει. Ἡράκλειος δὲ Νικήταν υἱὸν Σαρβάρου Πατρικίου ἀξίᾳ ἐτίμησε, Νίκην τε τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Θεοδοσίῳ τῷ ἐκ Μαρτίνης υἱῷ αὐτοῦ γαμετὴν πεποίηκε. Γρηγορίαν τε τὴν θυγατέρα Νικήτα ἐκ Πενταπόλεως ἤνεγκε Κωνσταντίνῳ τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων ζεύγνυσιν· ἣν δὴ καὶ προμνηστευσάμενος ἦν περιόντος ἔτι τοῦ αὐτῆς πατρός.

Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐκ τοῦ Αἰθρίβου γενόμενοι Σαρακηνοὶ διεφαίνοντο· χώρα δὲ τοῦτο τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας, καὶ τὰ ἐκεῖσε χωρία προσπελάζοντα λῄζεσθαι ἐπεχείρουν. Ἡράκλειος δὲ τὴν θυγατέρα Εὐδοκίαν τοῦ Βυζαντίου ἐξιέναι ἐπέτρεψεν, ὡς τῷ Τούρκῳ
D ταύτην κατεγγυήσας. καὶ ἐπειδὴ ἔγνωσο, ὅτι σφαγῇ ὁ Τοῦρκος ἀνῄρητο, ταύτην ὑποστρέφειν ἐκέλευσεν. ὑπάρχοντι δὲ Ἡρακλείῳ ἐν τῇ Περσικῇ ἐτελεύτησαν αὐτῷ δύο υἱοὶ καὶ θυγατέρες δύο. αὐτὸς δὲ λαβὼν τὰ ζωοποιὰ ξύλα ἐσφραγισμένα, καθάπερ ἐλείφθησαν διαμείναντα, πρὸς τὰ Ἱεροσόλυμα ἀφίκετο· καὶ Μοδέστῳ τῷ Ἀρχιερεῖ καὶ τῷ αὐτοῦ κλήρῳ ταῦτα ὑπέδειξεν. οἱ δὲ τὴν σφραγῖδα σώαν ἐπεγίνωσκον. καὶ ὡς ἀνέπαφα καὶ ἀθέατα βεβήλοις καὶ μιαιφόνοις χερσὶ τῶν Βαρβάρων διετηρήθησαν, εὐχαριστήριον ᾠδὴν τῷ Θεῷ ἀνέθεσαν. τήν τε κλεῖδα τὴν ἐπ᾽ αὐτῆς ὁ ἱεράρχης μείνασαν παρ᾽ αὐτῷ ἤγαγε. καὶ ἀνοίγοντα προσκυνοῦσιν ἅπαντες. ὑψωθέντων δὲ αὐτῶν ἐκεῖσε, εὐθὺς εἰς τὸ Βυζάντιον ὁ βασιλεὺς ἐξέπεμψεν.

E Ὁ δὲ Σέργιος ὁ τοῦ Βυζαντίου ἱεράρχης ἐκ Βλαχερνῶν· ἱερὸν δὲ αἱ Βλαχέρναι τῆς Θεομήτορος· λιτανείαις ὑπεδέξατο· καὶ πρὸς τὴν μεγίστην ἐκκλησίαν ἀγαγὼν ταῦτα ἀνύψωσε· δευτέρα δὲ ἦν Ἰνδικτιὼν, ἡνίκα ταῦτα ἐπράττετο.

Μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ καὶ Ἡράκλειος πρὸς τὸ Βυζάντιον ἐχώρει ὑπὸ πολλῆς εὐφημίας καὶ δόξης ὑπερβαλλούσης παρὰ τῶν ἐκεῖσε δεχθείς. τέσσαρας δὲ ἤγαγεν ἐλέφαντας· οὓς δὴ καὶ εἰς

τὰς ἱππικοὺς ἀγῶνας ἐθριάμβευσεν ἐπὶ τῇ τῆς πόλεως τέρψει, ἡμέρας δὲ ἐπινικίους ἐπ' εὐφροσύνῃ πάσῃ δωρεαῖς φιλοτιμούμενος ἐπετέλει. ἐπειδὴ δὲ ἦν ἑλὼν τὰ τῆς οὐσίας τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ἐκέλευσεν ἐκ τοῦ βασιλικοῦ ταμείου αὐτῇ τε καὶ τῷ κατ' αὐτὴν κλήρῳ ἐτήσια χρήματα παρέχεσθαι. καὶ μετὰ τοῦτο παρασκευάζει Κωνσταντῖνον τὸν υἱὸν ὑπατεῦσαι. Ἡράκλειον δὲ τὸν ἀπὸ Μαρτίνης Καίσαρα προχειρίζεται.

Οὐ πολὺς δὲ χρόνος ἐν μέσῳ, καὶ Σαρακηνοὶ τὰ περὶ τὴν Ἀντιόχειαν κατέτρεχον. εὐθὺς δὲ Ἡράκλειος σὺν Μαρτίνῃ γυναικὶ, καὶ Ἡρακλείῳ τῷ παιδὶ πρὸς τοῖς τῆς ἀνατολῆς χωρίοις ἐπεξῄει. αὐτόθι δὲ γενόμενος Θεοδώρῳ τῷ ἀδελφῷ ὀργίζεται. ἐψιθυρίζετο δέ τισι, λοιδορεῖσθαι αὐτὸν τῷ βασιλεῖ Μαρτίνης ἕνεκεν, λέγοντα, ὅτι ἡ ἁμαρτία αὐτοῦ ἐνώπιον αὐτοῦ διὰ παντός. καὶ αὐτὸν εἰς Βυζάντιον ἀποστέλλει, γράψας τῷ υἱῷ Κωνσταντίνῳ, τοῦτον ἐπ' ἀθροίσματος λαοῦ ἀτιμήσαντα ὡς ἐν φρουρᾷ κατέχειν. στρατηγόν τε ἀνατολῆς ἐκπέμπει Θεόδωρον τὸν βασιλικῶν χρημάτων ταμίαν, τὸ ἐπίκλην Τριθύριον. Σέργιος γὰρ ὁ κατὰ Νικήταν τελευτᾷ τρόπῳ τοιῷδε. κάμηλον οἱ Σαρακηνοὶ ἀποδείραντες τοῦτον ἐγκατακλείουσι τῇ δορᾷ, καὶ ἐπέρραπτον. τῆς βύρσης δὲ οὖν κατεσκληκυίας συναπεξηραίνετο, καὶ ὁ ἐντὸς ἀπομαρανθεὶς πικρῶς διώλετο. αἰτίαν δὲ αὐτῷ ἐπῆγον ὡς αὐτὸς παρεσκεύαζεν Ἡράκλειον μὴ συγχωρεῖν Σαρακηνοῖς ἐκ τῆς Ῥωμαίων γῆς ἐκπορεύεσθαι τὰς συνήθως παρεχομένας αὐτοῖς τριάκοντα χρυσίου λίτρας δι' ἐμπορικῆς ἀμοιβῆς ἐκ τῆς Ῥωμαϊκῆς πολιτείας ἐκπέμπειν· ἐντεῦθέν τε αὐτοὺς ἄρξαι τῇ Ῥωμαίων λυμαίνεσθαι χώρᾳ. ἐκ τούτου παρήγγειλε Θεοδώρῳ μὴ συμβάλλειν πρὸς μάχην Σαρακηνοῖς. οἱ δὲ προλοχήσαντές τε ὀλίγοις τισὶν ἀκροβολισάμενοι Ῥωμαίους ὑπήγοντο. Εἰσπίπτουσι δὲ αὐτοῖς οἱ ἐκ τῶν ἐνεδρῶν ἐξαπιναίως, καὶ μέσον ἀπολαβόντες πολλοὺς ἔκτειναν στρατιώτας τε καὶ ἄρχοντας.

Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον Μαρία ἡ ἀδελφὴ Ἡρακλείου χρήματα πρὸς τὸν Χαγᾶνον Ἀβάρων ἔπεμψε, καὶ τὸν υἱὸν Στέφανον ἀπέλαβε. τοῖς δὲ τοιούτοις δώροις ἡσθεὶς ὁ Ἄβαρος ἠρέθισεν Ἀντωνιανὸν μάγιστρον, ὡς καὶ αὐτὸς πέμψας δῶρα ἀπολήψεται καὶ τοὺς ἄλλους, οὕσπερ κατεῖχεν ὁμήρους. καὶ δὴ καὶ ἐγένετο οὕτως.

Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐπανίστη Κούβρατος ὁ ἀνεψιὸς Ὀργανᾶ ὁ τῶν Οὐννογουνδούρων κύριος τῷ τῶν Ἀβάρων Χαγάνῳ. καὶ ὃν εἶχε παρ' αὐτοῦ λαὸν περιυβρίσας ἐξεδίωξε τῆς οἰκείας γῆς. διαπρεσβεύεται δὲ πρὸς Ἡράκλειον καὶ σπένδεται εἰρήνην μετ' αὐτοῦ, ἥνπερ ἐφύλαξαν μέχρι τέλους τῆς ἑαυτῶν ζωῆς. δῶρά τε γὰρ αὐτῷ ἔπεμψε, καὶ τῇ τοῦ Πατρικίου ἀξίᾳ ἐτίμησεν. ἐν ᾧ δὲ ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς μέρεσι διέτριβεν Ἡράκλειος, Ἰωάννην τὸν Βαρκαίνης στρατηγὸν προχειρίζεται· καὶ πέμπει κατὰ Σαρακηνῶν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ· οἷς συμβαλὼν πίπτει καὶ αὐτός. ἔτι δὲ Μαρῖνος ὁ τῶν Θρᾳκικῶν ἐκστρατευμάτων ἡγεμὼν συμμίξας αὐτοῖς ἡττήθη· πολλὴν δὲ στρατὸν ἀποβαλὼν καὶ αὐτὸς μόλις * ἀποσῴζεται. μετ' ἐκεῖνον προβάλλεται στρατηγὸν Μαριανὸν Κουβικουλάριον παρὰ Ῥωμαίοις τὴν ἀξίαν, καὶ πέμπει ἐκεῖσε, παραγγείλας ὡς ἀνακοινοῦσθαι Κύρῳ τῷ Ἀλεξανδρείας ἱεράρχῃ· καὶ ὡς ἂν κοινῇ βουλεύσοιντο τὰ πρὸς τοὺς Σαρακηνοὺς διάθοιντο. Κῦρος δὲ ἦν δεδηλωκὼς βασιλεῖ πείσεσθαι ἐπὶ τελέσμασιν Ἀμβρῳ τῷ τῶν

* γρ. διασῴζεται

A de solemnes ob victoriam dies celebrans munera ingentia largitus est. Quod autem magnæ Ecclesiæ bona usurpaverat, quotannis huic ejusque clero certam ex fisco pecuniam numerari jussit. Inde Constantinum filium Consulem facit: Heraclium vero ex Martina genitum Cæsarem creat. Edit. Paris. pag. 16.

IↃCXXXI. Aliquanto post tempore Saraceni Antiochenum agrum populabundi percurrunt. Quare Heraclius cum Martina conjuge, & Heraclio filio rursum in Orientem proficiscitur. Ubi & Theodoro fratri succensuit, clam a nonnullis delato, quod propter Martinam in Imperatorem probra conjiceret, ac sæpe illud usurparet, (peccatum ejus coram ipso esse semper.) Psalm. 50. IↃCXXXIV. B Hunc igitur Constantinopolim mittit cum litteris ad Constantinum filium, quibus jubebat ut illum in concione productum atque in ordinem redactum tamquam in custodia haberet. Deinde Theodorum ærarii privati Comitem cognomento Trithurium, Ducem Orienti præficit. Nam Sergius, qui Nicetæ tempore præfuit, hoc modo perierat. Saraceni camelum pelle denudantes, in hanc Sergium includunt ac consuunt. Ita deficcata pelle, una & qui inclusus erat, contabescens paulatim miserabili morte confectus est. Quippe hoc illi crimen objecerant, auctorem Heraclio fuisse, ut ne Saracenis e Romanorum finibus egredientibus permitteret triginta auri libras, quæ illis quotannis C pensitabantur, mercibus permutatas extra Imperium transferre: ex quo factum esset, ut Romanum limitem vastarent. Heraclius porro Theodorum vetuit cum Saracenis pugnam committere. Qui dispositis insidiis, paucisque ad velitandum præmissis, sensim Romanos inducunt: donec qui in insidiis erant repente in eos irruunt, & in medio interceptos plerosque tam milites quam duces interficiunt.

Eodem tempore Maria Heraclii soror pecuniis ad Avarorum Chaganum missis, Stephanum filium recepit. Quibus muneribus illectus Avarus Antonianum Magistrum incitat, ut & ipse similibus donis reliquos, quos habebat obsides, recuperaret: quod ita factum est.

D Sub idem fere tempus Cubratus Organæ consobrinus Hunnogundurorum dominus contra Avarorum Chaganum rebellat, populumque omnem, quem ab ipso acceperat, contumeliose habitum patriis sedibus expellit. Inde legatione ad Heraclium missa, pacem cum eo componit, quam ad finem usque vitæ suæ conservarunt. Nam & munera ad ipsum Heraclius misit, & Patriciatum detulit. Interim vero dum adhuc in Oriente versatur, Joannem Barcenæ Ducem eligit, & adversus Saracenos, qui Ægyptum occupabant mittit. Quibuscum commisso prælio cæditur, unaque & Marinus Thraciæ exercitibus præfectus a barbaris vincitur, & multis suorum amissis, ægre ipse servatus est. Post illum E Marianus Cubicularius Dux eligitur, cum mandatis ut communicato cum Cyro Patriarcha consilio ambo inter se de Saracenico bello deliberarent. Etenim Cyrus Imperatori significaverat cum Omaro Saracenorum Principe, interposita tributi pactione, convenire posse, quod ipsum nullo canonis detrimento mercibus indiceretur. Ad- pag. 17.

hæc desponderi Barbaro Eudociam Augustam oportere, aut Imperatoris filiarum aliam quampiam. Hoc enim modo ad divinum lavacrum accessurum hominem, & Christianum haud dubie futurum. Cyro quippe Omarus ejusque exercitus fidei plurimum habebant, quem & impense amabant. Sed hæc Heraclio minime placuerunt. Quæ ubi omnia Marianus comperit, a Cyro dissentiens, & cum Saracenis confligens cum ingenti numero militum occubuit.

Sub hæc Heraclius ad urbem reversus in Palatio, quod Hieriæ dicitur, mansit; neque enim mari se committere audebat. Cumque & magistratus, & primores civium instarent, ut in urbem ingrederetur, persuadere non potuerunt. Ac per festos dies filios dumtaxat mittebat, qui sacris in templo ex more perfectis statim ad ipsum revertebant, itidemque postquam Circensibus spectaculis interfuerant, statim ad parentem redibant. Igitur cum illic consisteret, nunciatum ei est, Atalarichum filium & Theodorum Magistrum, Theodori fratris filium cum aliis quibusdam contra se conjurasse. Quarum rerum indicibus credens, nares illis & manus præcidit. Atalarichus in insulam nomine Principum deportatur, Theodorus, vero in insulam Gaudomeleten. Cujus insulæ Duci mandat, ut cum ad se pervenisset, unum ei ex pedibus amputaret. Eadem & in omnes facinoris conscios pœna decernitur.

Deinde longo postea tempore, Præfectus urbis, magistratuum hortatur, multis in unum coactis navibus, & invicem alligatis, freto, quod Angustias vocant velut pontem injungit, ac ramis arborum & foliis utrinque latera prætendit, ut prætereunti nusquam mare prospiceretur. Quod opus cum celerrime perfectum esset, Imperator equo per mare tanquam per continentem invectus, ad sinus, quem Phædaliam vocant, litus transmittit. Nec secundum oram maritimam ambulans, per Barnyssi fluminis pontem Byzantium ingressus est. Quibus peractis Heraclium Cæsarem Imperatorio diademate coronat.

Edit. Paris. pag. 18.

Indictione duodecima Sergius Constantinopolitanus Patriarcha moritur; & quia Pyrrhum Heraclius amabat, adeo ut fratrem appellaret, quod Imperatoris sororem e sacro fonte susceperat; simul quod eumdem Sergii familiarem fuisse cum eoque vixisse cognorat, in illius locum substituit. Et jam Cyrus Alexandrinus antistes Constantinopolim accitus ab Imperatore aliquanto antea venerat. Hunc enim magnopere criminabatur, quasi Ægyptum omnem Saracenis prodidisset. Tunc igitur de his criminibus coram frequenti populi concione disseruit. At Cyrus de his omnibus seipsum purgavit, asserens si suis consiliis fides habita esset, & Saracenis tributa per mercaturam ac commercium assignata, cum ipsos quietem acturos, tum nihil de his quæ Imperatori præstari solerent periturum fuisse. Dehinc alios ejus criminis auctores accusat, seque frustra de his insimulari contendit. Contra Imperator gentilem illum ac Dei hostem appellare; qui adversus Christianos conspirasset, & de Impera-

A Σαρακηνῶν φυλάρχῳ. ὃ δὴ καὶ ὑπάρχειν διὰ ἐμπολαίων συνεισφορᾶς ἐσήμαινε. τὰ δὲ τῷ βασιλεῖ παρεχόμενα ἀδιάπτωτα μένειν· κατεγγυηθῆναι δὲ αὐτῷ Εὐδοκίαν τὴν Αὔγουσταν, ἢ μίαν τῶν θυγατέρων τοῦ βασιλέως· ὡς ἐντεῦθεν καὶ τῷ θείῳ λουτρῷ βαπτισθησομένῳ καὶ Χριστιανῷ χρηματίσοντι. ἐπείθετο γὰρ Ἄμβρος τῷ Κύρῳ, καὶ ὁ τούτου στρατός. καὶ γὰρ ἠγάπων αὐτὸν λίαν. καὶ τούτων Ἡράκλειος οὐδενὸς ἠνείχετο. ἐπειδὴ δὲ καὶ Μαριανὸς ταῦτα ἐξηπίστατο, διΐστατο τῆς τοῦ Κύρου γνώμης, καὶ συμβαλὼν Σαρακηνοῖς πίπτει τε αὐτὸς καὶ σὺν αὐτῷ στρατὸς ἱκανός.

Τούτῳ τῷ χρόνῳ ἀνέζευξε πρὸς τὰ οἰκεῖα Ἡράκλειος, καὶ ηὐλίζετο ἐν τῷ Παλατίῳ τῷ καλουμένῳ τῆς Ἱερείας. B ἐδεδίει γὰρ ἐπιβῆναι θαλάσσῃ· πολλά τε ἀξιοῦντες οἵ τε ἄρχοντες καὶ οἱ τῆς πόλεως ἐν τῇ πόλει εἰσελθεῖν, ἔπειθον οὐδαμῶς. ἐν δὲ ταῖς ἑορταῖς μόνους τοὺς υἱοὺς ἐξέπεμπε, καὶ αὐτοὶ ἐπιτελοῦντες ἐν τῷ ἱερῷ τὴν θείαν λειτουργίαν αὖθις πρὸς αὐτὸν ἐξήεσαν. ὡσαύτως καὶ τοὺς ἱππικοὺς ἀγῶνας ἐπεὶ καὶ ἐθεῶντο πάλιν πρὸς τὸν πατέρα ἀπεχώρουν. ἐν ᾧ δὲ διέτριβεν ἐκεῖσε, ἀγγέλλεται αὐτῷ ὡς ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀταλάριχος, καὶ Θεόδωρος ὁ τὴν ἀξίαν Μάγιστρος, Θεοδώρου δὲ τοῦ βασιλέως ἀδελφοῦ υἱός, σὺν ἄλλοις τισὶν ἐπιβουλεύειν αὐτῷ ἤμελλον· καὶ τοῖς μηνύσασι πεισθείς, τούτων τὰς ῥῖνας καὶ τὰς χεῖρας ἐξέτεμε. καὶ Ἀταλάριχον μὲν εἰς τὴν νῆσον τὴν λεγομένην Πρίγκιπον ἐξόριστον ἐξέπεμψε. Θεόδωρον δὲ πρὸς τὴν νῆσον Γαυδομελέτην προσαγορευομένην, C ἐπιτρέψας τῷ ἐκεῖσε Δουκί, ἡνίκα πρὸς αὐτὸν καταλάβοι, καὶ τὸν ἕτερον τῶν ποδῶν ἀφελέσθαι. κατὰ ταῦτα δὲ τοὺς συγγνόντας αὐτοῖς τὰ τῆς ἐπιβουλῆς ἐτιμωρήσατο.

Χρόνου δὲ ἱκανοῦ διελθόντος παρασκευάζουσιν οἱ τοῦ βασιλέως ἄρχοντες τὸν ἔπαρχον, ὡς συναγαγεῖν πλεῖστα πλοῖα, καὶ ἐχόμενα ἀλλήλοις ἐξάψαι· ὥσπερ γεφυρώσει τὸν πορθμὸν τοῦ καλουμένου Στενοῦ· κλάδοις τε δένδρων, καὶ φυλλάσιν ἑκατέρωθεν διατειχίζειν, ὡς μηδὲ ὁρᾶσθαι παριόντι τὴν θάλατταν. καὶ δὴ τὸ ἔργον εἰς τάχος προεχώρει. καὶ ὁ βασιλεὺς ἱππεὺς διὰ θαλάττης, ὥσπερ διὰ τῆς ἀπείρου, κατὰ τὰς ἀκτὰς τοῦ λεγομένου κόλπου Φειδαλίας ἐπεραιοῦτο. εἶτα τὸν παράκτιον χῶρον παραμείψας, διὰ τῆς γεφύρας τοῦ Βαρβύσσου ποταμοῦ πρὸς τὸ Βυζάντιον D εἰσῄει· καὶ μετὰ ταῦτα Ἡράκλειον τὸν Καίσαρα στέφει βασιλέα.

Κατὰ δὲ τὴν δωδεκάτην Ἰνδικτιῶνα ἐτελεύτα Σέργιος ὁ τοῦ Βυζαντίου πρόεδρος. καὶ ἐπειδήπερ ἠσπάζετο Ἡράκλειος Πύρρον, ἀδελφόν τε ἐκάλει, ὡς ἡνίκα τῷ θείῳ λουτρῷ ἐφωτίζετο ἡ τοῦ βασιλέως ἀδελφή, χερσὶν ἐδέξατο. καὶ ἅμα οἰκειούμενον Σεργίῳ καὶ συνδιαιτώμενον ἐγίνωσκε, τοῦτον Ἀρχιερέα τοῦ Βυζαντίου ἀνηγόρευσεν. ἤδη δὲ χρόνοις τισὶ πρότερον Κῦρον τὸν Ἀλεξανδρείας πρόεδρον μετάκλητον εἰς Βυζάντιον ἦν πεποιηκώς, καὶ ἐν αἰτίᾳ μεγάλῃ εἶχεν, ὡς τὰ τῆς Αἰγύπτου πάσης Σαρακηνοῖς προϊέμενον πράγματα. τηνικαῦτα δὲ περὶ E τῶν αἰτιαθέντων ἐπὶ πλείστου ἀθροισθέντος τοῦ τῆς πόλεως ἐπεξῄει δήμου. ὁ δὲ ἀπελογεῖτο ὡς οὐδαμῶς τούτων ἔνοχος καθεστήκει· ὡς εἰ ἡ βουλὴ αὐτοῦ προὐχώρει, καὶ τοῖς Σαρακηνοῖς διὰ ἐμπολῆς τὰ τῆς φορολογίας παρεῖχε, καὶ ἐφ᾽ ἑαυτοῖς ἡσύχαζον, καὶ τὰ τῷ βασιλεῖ παρεχόμενα οὐ καθυστερίζοντο. ἄλλους τε τοιαῦτα ἐπῃτιᾶτο πράξαντας. καὶ αὐτὸν μάτην ὑπὲρ τούτων ἐγκαλούμενον ἰσχυρίζετο. ὁ δὲ Ἕλληνα τὸν Κῦρον ἀπεκάλει, ὡς Ἕλληνι καὶ θεομάχῳ καὶ

κατὰ Χριστιανῶν φρονοῦντι τῷ Ἀμβρῳ τῷ τῶν Σαρακηνῶν φυλάρχῳ συμβουλεύσαντα τὴν τοῦ βασιλέως κατεγγυηθῆναι θυγατέρα. ἐν τούτοις οὖν ἀγανακτήσας κατ᾽ αὐτοῦ, καὶ ἀναιρέσειν ἀπειλῶν, τῷ τῆς πόλεως αὐτὸν ὑπάρχῳ ὡς αἰκισομένῳ παραδίδωσι.

Μετὰ τοῦτο ἐδικαίου τὸν υἱὸν Ἡράκλειον ὑπατεῦσαι, Δαβίδ τε καὶ Μαρῖνον τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ Καίσαρας ἀνηγόρευσεν. Αὐγουστίναν δὲ καὶ Μαρτίναν τὰς θυγατέρας Αὐγούστας. χρόνου δὲ διελθόντος νόσῳ ὑδερικῇ περιπίπτει, καὶ ὁρῶν τὸ πάθος δυσίατον· (ἐπὶ τοσοῦτο γὰρ ἐπεκτείνετο, ὡς καὶ ἡνίκα ἀπουρεῖν ἤμελλε σανίδα κατὰ τοῦ ἤτρου ἐπετίθει. ἐστρέφετο γὰρ αὐτοῦ τὸ αἰδοῖον, καὶ κατὰ τοῦ προσώπου αὐτοῦ τὰ οὖρα ἔπεμπεν. ἔλεγχος δὲ ἦν τοῦτο τῆς παρανομίας τῆς ἑαυτοῦ, ὑπὲρ ἧς ταύτην δίκην ὑστάτην ἐξέτισε τοῦ εἰς τὴν ἀνεψιὰν τὴν οἰκείαν γάμου) Διαθήκας οὖν ἐξετίθει, ὥστε Κωνσταντῖνον καὶ Ἡράκλειον τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ βασιλεῖς ὁμοτίμους εἶναι, καὶ Μαρτίναν τὴν αὐτοῦ γυναῖκα τιμᾶσθαι παρ᾽ αὐτῶν ὡς μητέρα καὶ βασίλισσαν. ἐκ τούτου λοιπὸν ἐτελεύτα ζήσας ἔτη ἓξ καὶ ἑξήκοντα· ἐν δὲ τῇ βασιλείᾳ διανύσας ἔτη τριάκοντα, μῆνας τέσσαρας, ἡμέρας ἕξ, θάπτεται δὲ ἐν τῷ ἱερῷ τῶν πανευφήμων Ἀποστόλων, καὶ τρισὶν ἡμέραις ἀσκεπὲς, ὥσπερ ἦν διατάξας ἔτι περιὼν, τὸ ὑποδεξόμενον αὐτοῦ τὸ σῶμα διετέλει* μνῆμα, περικαθημένων αὐτῷ εὐνούχων ὑπηρετῶν.

* γρ. σῆμα.

Μετὰ τοῦτο Μαρτίνα ἡ Αὐγοῦστα ἐκκλησιάσασα, καὶ τὸν περὶ τὸ Βυζάντιον λαὸν, τάς τε διαθήκας Ἡρακλείου ὑπεδείκνυ, ὡς περὶ αὐτῆς καὶ τῶν τέκνων διέθετο. ὁ δὲ παρὼν ἅπας δῆμος Κωνσταντῖνον καὶ Ἡράκλειον τοὺς βασιλεῖς ἐπεζήτει· ἡ δὲ ἦγεν αὐτούς· καὶ ἅμα διελογίζετο νομίζουσα ὅτι βασίλισσα τὰ πρῶτα εἰς τὴν βασιλείαν φέρεσθαι. τινὲς δὲ τοῦ συνεστῶτος λαοῦ ἀνεφώνουν πρὸς αὐτὴν, ὅτι σὺ μὲν τιμὴν ἔχεις, ὡς μήτηρ βασιλέων· οὗτοι δὲ ὡς βασιλεῖς καὶ δεσπόται. ἐξαίρετον δὲ ἐδίδουν γέρας Κωνσταντίνῳ, ὡς πρώτῳ εἰς τὴν βασιλείαν καὶ τὴν ἡλικίαν ἐκ παιδὸς προχειρισθέντι. οὐδὲ γὰρ βαρβάρων, ἢ ἀλλοφύλων πρὸς τὰ βασίλεια εἰσερχομένων, ὦ δέσποινα, ἔφασκον, δύνασαι ὑποδέχεσθαι, ἢ λόγοις ἀμείβεσθαι, μηδὲ δοίη Θεὸς ἐν τούτῳ τάξεως τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐλθεῖν πολιτείαν. καὶ κατήρχοντο ἀνευφημοῦντες τοὺς βασιλεῖς. ταῦτα ἀκούσασα πρὸς τὸ ἑαυτῆς ἀπεχώρει παλάτιον.

Ἐξ οὗ καὶ Κωνσταντῖνος τῆς βασιλείας ἦρχε. προσαγγέλλει δὲ αὐτῷ Φιλάγριος, ὃς ἦν τῶν βασιλικῶν χρημάτων ταμίας, ὡς ἀσθενοῦντος τοῦ πατρὸς Ἡρακλείου, χρήματα Πύῤῥῳ τῷ Ἀρχιερεῖ παρατίθεσθαι, Μαρτίνης τῆς βασιλίσσης ἕνεκεν, ὡς μή ποτε αὐτὴ ὑπὸ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως καὶ προγόνου ἐκ τῶν βασιλείων διωθουμένη χρημάτων καθυστερίζοιτο. ὁ δὲ Πύῤῥον μεταστειλάμενος διεπυνθάνετο εἰ οὕτω ταῦτα ἔχοι. Πύῤῥος δὲ ὑπὸ Φιλαγρίου διελεγχόμενος προεδίδου καὶ οὐκ ἐθέλων τὰ χρήματα. ἐπεὶ δὲ νόσῳ χρονίᾳ Κωνσταντῖνος συνείχετο, καὶ ἀκρασίας ἀέρων ἕνεκεν ἐν Χαλκηδόνι διέτριβεν ἐν τῷ ὑπ᾽ αὐτοῦ κτισθέντι Παλατίῳ, ἰδὼν Φιλάγριος ἀῤῥώστως αὐτὸν διακείμενον, καὶ ἐλπίσας τάχιον ἀποβιῶσαι, ἐδεδίει Ἡράκλειον καὶ Μαρτίναν, ὡς αὐτὸν κακώσοντας. ἐκ τούτου Κωνσταντίνῳ συνεβούλευε γράφειν τοῖς στρατευομένοις, ὡς τελευτῆς συμβαινούσης αὐτῷ ἀντιλαβέσθαι τῶν τέκνων αὐτοῦ, καὶ μὴ συγχωρεῖν ἀδικεῖσθαι, μηδὲ τῆς βασιλείας διωθεῖ-

A toris filia Saracenorum principi Omaro despondenda consilium dedisset. Inter hæc contra illum exasperatus, & interfecturum se minitans, Præfecto urbis torquendum ac cruciandum tradidit.

Postea vero Heraclium filium Consulem facit, Davidem & Marinum alios liberos, Cæsares appellat, Augustinam & Martinam filias, Augustas. Inde intercutis aquæ morbo correptus cum desperatum hunc eum sentiret. (Nam usque adeo invaluerat, ut quoties mejere vellet, ventriculo asserem imponeret: etenim distortum pudendum urinam sursum in faciem emittebat. Quod in perpetrati sceleris argumentum atque B incestus pœnam inflictum est, quod consobrinam suam in matrimoninm accepisset.) Igitur testamentum edidit, quo Constantinum & Heraclium filios suos æquo jure heredes Imperii constituit: adeo ut uterque Martinam conjugem suam tamquam matrem, & Imperatricem coleret. Quibus ordinatis postremo IↃCXLI. tandem moritur, ætatis anno exacto sexagesimo sexto, Imperii tricesimo, quartoque insuper mense, & die sexto. Sepultus est in celeberrimorum Apostolorum templo, ac triduo apertum sepulcrum mansit, ut ipse superstes adhuc jusserat, ministris eunuchis circumstantibus. *Edit. Paris. pag. 19.*

Inde Martina Augusta Byzantinum C omnem populum convocans, Heraclii testamentum atque extremam de se liberisque suis voluntatem aperit. Cumque populus frequens Constantinum & Heraclium Imperatores posceret, utrumque coram adduxit. Ac primum tamquam habenas regni moderaretur, pro Imperatrice se gerere cogitabat. Sed nonnulli e turba ad eam clamarunt. (Tibi ut Imperatorum matri habendus honor est: his tamquam Imperatoribus ac dominis.) Atque interim Constantino primas deferebant, ut pote & ætate majori, & ad Imperium jam tum a pueritia promoto. (Neque enim (ajebant) barbaris, aut externis adversus regiam hanc urbem venientibus o domina, po- D tes resistere, aut respondere verbis. Avertat Deus ut eo Romanorum respublica deducatur.) Ita Imperatoribus feliciter precantes recesserunt. Quibus auditis Imperatrix suum in palatium se contulit.

Ex quo deinceps Constantinus imperare cœpit. Ad hunc Philagrius rerum privatarum Comes detulit Heraclio patre adhuc ægrotante apud Pyrrhum Patriarcham pecunias esse depositas, ut Martinæ Imperatrici consuleretur: ne forte a Constantino Imperatore privigno e Palatio exturbata, inopia laboraret. Imperator itaque Pyrrhum arcessens num ita se res haberet sciscitatus est. Qui a Philagrio convictus commissas pecunias licet invitus tradidit. E Sed Constantinus cum diuturno morbo conflictaretur, ac propter aeris intemperiem Chalcedone in Palatio, quod ipse construxerat, habitaret, Philagrius affectam ejus valetudinem animadvertens ac propediem obiturum suspicans, Heraclium & Martinam vehementer formidabat, ne quid ab iis mali pateretur. Quare Constantino consilium dat ut ad exercitus scriberet, uti post obitum suum liberorum suorum cu-

ram gererent, neque injuriam iis inferri ipsi aut Imperio extrudi finerent. Quo consilio gavisus Constantinus, Valentinum Philagrii armigerum cum litteris, cæterisque ad eam rem necessariis ad castra mittit; atque insuper pecunias ad vicies centena quinquaginta tradidit, prætereaque sedecim nummorum millia, quibus militares copias adduceret, ut post Constantini mortem Martinæ ejusque filiis resisterent. Igitur Constantinus, cum octo & viginti annos cum patre imperasset, & centum ac tribus diebus supervixisset, moritur.

Edit. Paris. pag. 20.

Post quem Imperator Heraclius appellatur, quo cum communiter Martina imperium administrabat. Ille vero statim patris coronam, quam cum eo sepultam Constantinus filius ab Ecclesia exportaverat, quæque septuaginta auri libris æstimabatur, Deo in eadem Ecclesia consecravit. Tum Cyrum Alexandriæ Patriarcham in sedem restituit. Philagrium vero detonsum in Septæ castellum, quod ad Occidentem altera ex parte Herculis columnis adjacet in Lybia, relegavit, cæteros quamplurimos, quos amicos ejus atque administros reperit, verberibus atque aliis suppliciis affecit. Hæc ubi Valentinus Philagrii armiger accepit, militares copias contra Martinam, & eius filios commovet. Inde Chalcedonem occupans, quasi Constantini liberis auxilio futurus, in ea urbe commoratur.

At Heraclius firmata præsidiis Urbe apud omnes sese purgare, atque ita dictitare, Heraclium Constantini filium incolumem manere, quem & salvum ac valentem indicabat, ejusque interim curam tamquam filii sui gerebat. Cujus rei fidem facere studens, de salutari illum fonte suscepit. Ad hæc Pyrrho Patriarcha præsente vivifica ligna tangens juravit, neque per se Constantini filios, neque per alium quemliber offensurum esse: Valentinum vero docebat insidiari iisdem, atque Imperium usurpare velle. Quam ut opinionem omnium animis altius imprimeret, Heraclio secum adducto ad Valentinum trajicit, ibique jurejurando rursum firmare voluit se quam amicissima esse erga Heraclium affectum. Sed Valentinus admittere noluit. Quamobrem reversus Imperator omnia apud populum exposuit. Cui ille fidem adhibens in Valentinum maledicta conjiciebat.

Post hæc per vindemiæ tempora, cum cives animadvertissent, vites suas a Valentini exercitu vastari, neque sibi in ulteriora transitum permitti, adversus Pyrrhum coitione facta Heraclium Constantini filium coronare jubent. Pyrrhus vero populari illo tumultu ac seditione perspecta, contra jactabat, non iccirco rebellasse illos, sed ut Valentino Imperium assererent. Instante nihilominus plebe, rem ad Imperatorem defert: qui Heraclium patruelem suum statim ad templum adduxit, ibique cum Pyrrho ambone conscenso,

pag. 21.

Heraclium ut coronaret hortatus est. Tum populus urgere Imperatorem, ut id omni ratione perficeretur. Quod demum Heraclii patris corona e templo detracta præstitit. Statim itaque mutato nomine eum qui coronatus erat Constantinum appellant. Sed quidquid erat plebis vilissimum & abjectissimum, ma-

A θαι. ἐφ᾽ οἷς ἡσθεὶς Κωνσταντῖνος Οὐαλεντῖνον τὸν Φιλαγρίου ὑπασπιστὴν πέμπει γράμματα, καὶ τὴν λοιπὴν τοῦ πράγματος ἐργασίαν ἐγχειρίσας πρὸς τὸ στράτευμα ἐξέπεμψε, δεδωκὼς αὐτῷ χρήματα συντελοῦντα εἰς ποσότητα ἀριθμοῦ μυριάδων πέντε διακοσίων, καὶ ἔτι μύρια καὶ ἑξακισχίλια νομίσματα, ὑποθέμενος πείθειν τοὺς τοῦ στρατιωτικοῦ καταλόγου μετὰ τὴν τελευτὴν Κωνσταντίνου, ἀντικαθίστασθαι Μαρτίνῃ καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῆς. συμβασιλεύσας δὲ τῷ πατρὶ ἔτη ὀκτὼ καὶ εἴκοσι, καὶ ἐπιβιοὺς εἰς τὴν βασιλείαν ἔτι ἡμέρας ἑκατὸν τρεῖς ἐτελεύτησε.

Μεθ᾽ ὃν αὐτοκράτωρ τῆς βασιλείας ἀναγορεύεται Ἡράκλειος. ὃ συνελάμβανεν εἰς τὰ τῆς βασιλείας πράγμα- B τα καὶ ἡ Μαρτίνα. εὐθὺς οὖν τόν τε πατρὸς στέφανον, ὃν καὶ συνέθαψαν αὐτῷ, καὶ ὁ υἱὸς Κωνσταντῖνος τοῦ ναοῦ ἐξενήνοχεν, τιμηθέντα μέχρι χρυσίου λιτρῶν ἑβδομήκοντα· τῷ Θεῷ προσφέρει ἐν τῷ ἱερῷ. Κῦρον δὲ τὸν πρόεδρον Ἀλεξανδρείας τῷ οἰκείῳ θρόνῳ ἀποκαθίστησι. Φιλάγριον δὲ ἀποκείρας ἐξόριστον εἰς τὸ Σέπτας λεγόμενον φρούριον πρὸς ἥλιον δύνοντα, κατὰ (τὰ) θάτερα τῶν Ἡρακλέους στηλῶν πρὸς τῇ Λιβύῃ κείμενον παρέπεμψεν. ἑτέρους τε πλείστους, ὡς εὗρε φίλους καὶ ὑπηρέτας αὐτοῦ, πληγαῖς καὶ ἑτέραις αἰκίαις ἠμύνατο. Οὐαλεντῖνος δὲ ὁ Φιλαγρίου ὑπασπιστὴς ταῦτα αἰσθόμενος, τὸ στρατιωτικὸν κατὰ Μαρτίνης καὶ τῶν τέκνων αὐτῆς ἐπήραττε. μεθ᾽ ὧν τὴν Χαλκηδόνα καταλαμ- C βάνει, ὡς τοῖς τέκνοις Κωνσταντίνου ἐπικουρήσων, καὶ αὐτοῦ διέτριβεν.

Ἡράκλειος δὲ τήν τε πόλιν ἐν τῷ ἀσφαλεῖ εἶχε, καὶ πᾶσιν ἀπελογεῖτο, ὡς Ἡράκλειος ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου ἀπήμαντος διαμένει, καὶ πάσῃ ὑγείᾳ, καὶ σῶον ὑπεδείκνυ, καὶ ἅμα ὡς τέκνου γνησίου περιείχετο. καὶ τοῦτο ἐπιστοῦτο τῷ ἐκ τοῦ σωτηριώδους βαπτίσματος ἀγκάλαις δέξασθαι. καὶ συμπαρόντος Πύρρου τοῦ τῆς πόλεως ἱεράρχου τῶν ζωοποιῶν ξύλων ἥπτετο, καὶ διώμνυτο, ὡς οὔτε δι᾽ αὐτοῦ, οὔτε δι᾽ ἑτέρου τὰ τοῦ Κωνσταντίνου τέκνα βλαβήσεται. Οὐαλεντῖνον δὲ ἀπισχυρίζετο δεικνύειν, ὡς ἐπιβουλεύσαντα αὐτοῖς, καὶ τῆς βασιλείας ὀριγνώμενον. ὡς δὲ εἰς πλείονα πάντα βεβαιώσηται, συλλαβὼν μεθ᾽ ἑαυτοῦ Ἡρά- D κλειον, πρὸς Οὐαλεντῖνον περαιοῦται, καὶ πάλιν ἐβουλεύετο διόμνυσθαι, καὶ πείθειν αὐτούς, ὡς φιλοστόργως διάκειται πρὸς Ἡράκλειον. Οὐαλεντῖνος δὲ οὐκ ἐδέχετο, ἀλλ᾽ ἀπέπεμπε. καὶ δὴ ὑπενόστει· καὶ διηγεῖτο πάντα τοῖς τῆς πόλεως. οἱ δὲ ἐπείθοντο, καὶ Οὐαλεντῖνον ἐδυσφήμουν.

Τῆς τρύγης δὲ ἐπιλαβούσης, οἱ τῆς πόλεως αἰσθόμενοι, ὡς ὁ μετὰ Οὐαλεντίνου στρατὸς τούς τε ἀμπελῶνας αὐτῶν διαφθείρει, κἀκείνους οὐ συγχωρεῖ ἐκεῖσε περαιοῦσθαι, συνίστανται Πύρρῳ βοῶντες στέφειν Ἡράκλειον τὸν Κωνσταντίνου υἱόν. Πύρρος δὲ τὴν ταραχὴν καὶ τὴν στάσιν τοῦ λαοῦ περιαθρήσας, ἀπελογεῖτο ὡς οὐ διὰ τοῦτο αὐτοὶ στασιά- E ζουσιν· ἀλλὰ Οὐαλεντίνῳ τὴν βασιλείαν περιποιοῦνται. ἔτι δὲ οὖν ἐπικειμένου τοῦ ὄχλου, δῆλα ποιεῖ βασιλεῖ ἅπαντα. ὁ δὲ συλλαβόμενος τὸν ἀνεψιὸν Ἡράκλειον εὐθὺς ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἐχώρει. καὶ ἀνέρχεται ἅμα Πύρρῳ τῷ ἄμβωνι, καὶ προτρέπεται στέφειν Ἡράκλειον. οἱ δὲ ὄχλοι τὸν βασιλέα ἐβιάζοντο τὸ ἔργον ἐπιτελεῖν. ὁ δὲ λαβὼν ἐκ τῆς ἐκκλησίας τὸν τοῦ πατρὸς Ἡρακλείου στέφανον, τὸ ἔργον ἐπλήρου. εὐθὺς οὖν τὸν στεφθέντα Κωνσταντῖνον οἱ ὄχλοι μετονομάζουσι. τὸ δὲ οὖν ἀχυρῶδες καὶ ἀγροικωδέστερον τοῦ λαοῦ κατὰ Πύρρου τὰς χεῖρας ὥπλιζον· καὶ πρὸς τὸ ἱερὸν γενόμενοι, εἰσέρχονται ἐπα-

γόμε-

γόμενοι Ἑβραίων καὶ ἄλλων κακοδόξων ὅμιλον ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ. καὶ τὴν μὲν ἐνδυτὴν διαρρηγνῦσι, καὶ τὸν ἱερὸν χῶρον αἰσχρῶς κατερρύπαινον, τάς τε κλεῖς τῶν πυλῶν λαβόντες ἐπὶ κοντοῦ ἀνήρτων, καὶ οὕτω τὴν πόλιν ἀθέσμως περιῄεσαν.

Πύρρος δὲ ταῦτα μαθὼν, τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ ἐν τῷ ἱερῷ παραγίνεται, καὶ πάντα τὰ ἱερὰ ἀσπάζεται· καὶ τὸ περικείμενον αὐτῷ ὠμοφόριον περιελὼν τῇ ἱερᾷ ἀποτίθεται τραπέζῃ, φήσας τῆς ἱερωσύνης μὴ ἀφιστάμενος ἀποτάσσομαι λαῷ ἀπειθεῖ. ἐκεῖθεν ἡσυχῇ ἐξελθὼν, παρά μιᾷ θεοσεβεστάτῃ γυναικὶ κρυφῇ κατήγετο. καὶ καιροῦ δὲ θέτου λαβόμενος πρὸς τὴν Χαλκηδόνος ἀπέπλει. οὗ τὴν ἔλευσιν τινὲς τῶν μοναζόντων ἐκεῖσε ἀκηκοότες περὶ τῶν ἐκτεθέντων παρ' αὐτοῦ πάλαι, Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως καὶ Σεργίου τοῦ τῆς πόλεως ἱεράρχου, ἕνεκεν τῶν δύο ἐπὶ τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ θελημάτων καὶ ἐνεργειῶν, ἀνηρώτων, ὧν προασπισταὶ ἐτύγχανον Μάξιμος καὶ Θεοδόσιος ὄντες ἐν Ἀφρικῇ. καὶ τὰ μὲν κατὰ Πύῤῥον οὕτω πως εἶχεν. ἐπεὶ οὖν τοὺς περὶ Οὐαλεντῖνον ἡ Χαλκηδὼν εἶχεν, ἀναγκαιοτέρως Ἡράκλειος καὶ Μαρτίνα ὡς μὴ ἐπὶ πλεῖον τὰ ἐκεῖσε προάστεια βλάπτοιντο, ἑνωθῆναί τε αὐτῷ, καὶ ὅρκοις τὰ πρὸς ἀλλήλους θέσθαι· καὶ ἀξίᾳ αὐτὸν ἐτίμησαν, ἣν Ῥωμαῖοι καλοῦσι Κόμητα Ἐξκουβιτόρων· καὶ μηδόλως ἐγκαλεῖσθαι περὶ ὧν παρὰ Κωνσταντίνου ἐδέξατο χρημάτων, φιλοτιμηθῆναι δὲ χρήμασι τοῖς συνελθοῦσιν αὐτῷ στρατιώταις· στεφθῆναι δὲ καὶ Δαβὶδ τὸν Καίσαρα, καὶ μετονομασθῆναι Τιβέριον. καὶ τούτων οὕτω τελεσθέντων προχειρίζεται Παῦλος οἰκονόμος γεγονὼς τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Ἀρχιερεὺς Κωνσταντινουπόλεως, κατὰ τὸν Ὀκτώβριον μῆνα τῆς πεντεκαιδεκάτης Ἰνδικτιῶνος. Κωνσταντῖνος οὖν ἐν Σικελίᾳ ὑπὸ τῶν ἰδίων ὑπηρετῶν δόλῳ φονευθεὶς ἐν τῷ λουτρῷ, ἤδη ἐν τῇ βασιλείᾳ εἰκοστὸν ἕβδομον ἀνύσας ἔτος ἐτελεύτα.

Μεθ' ὃν Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς τὰ τῆς βασιλείας ἐγχειρίζεται σκῆπτρα. καὶ τούτου ἀρξαμένου, αὖθις ὁ τῶν Σαρακηνῶν ἡγούμενος ναῦς πλείστας κατασκευάσας κατὰ τοῦ Βυζαντίου ἐκπέμπει, ἡγεμόνα αὐτῶν ἐπιστήσας, ἅτε πιστότατον καὶ τὰ πολέμια ἔμπειρον, κατὰ τὴν ἑαυτῶν διάλεκτον Χαλδοῦ ὀνομαζόμενον. ὃς ἀναχθεὶς προσωρμίζετο ἐν προαστείοις τοῦ Βυζαντίου, κατὰ τὸν παραθαλάσσιον τόπον τὸν καλούμενον Ἕβδομον. τοῦτον αἰσθόμενος Κωνσταντῖνος ἀντιπαρατάττεται καὶ αὐτὸς στόλῳ μεγάλῳ. ὑφ' ὧν πλεῖσται ναυμαχίαι ἑκάστης ἡμέρας ἐγίνοντο, τοῦ πολέμου συγκροτουμένου ἀπὸ τοῦ ἐαρινοῦ μέχρι φθινοπωρινοῦ καιροῦ. χειμῶνος δὲ ἐπιγινομένου, ὁ τῶν Σαρακηνῶν στόλος διαπεραιωθεὶς ἐν Κυζίκῳ διεχείμαζε. καὶ πάλιν ἔαρος ἀρχομένου ἐκεῖθεν ἀναχθεὶς ὡσαύτως τοῦ διὰ θαλάττης πολέμου εἴχετο. ἑπτὰ οὖν ἔτεσι τοῦ πολέμου διαρκέσαντος, τέλος οὐδὲν πλέον ὁ τῶν Σαρακηνῶν ἤνυσε στόλος. ἀλλὰ πολλούς τε ἄνδρας μαχίμους ἀποβαλόντες, καὶ δεινῶς τραυματισθέντες, καὶ χαλεπῶς ἡττημένοι, ὑπενόστουν πρὸς τὰ οἰκεῖα καταίροντες. πρὸς δὲ τοῖς πελάζουσι τοῦ Συλλαίου γενόμενοι ὑπὸ σκληρῶν πνευμάτων, καὶ θαλασσίου κλύδωνος καταληφθέντες πανστρατιᾷ διώλοντο. ὁ δὲ τῶν Σαρακηνῶν βασιλεὺς τὸ τοῦ στόλου ἀκούσας δυστύχημα, πρέσβεις ἀποστέλλει πρὸς Κωνσταντῖνον, ὡς σπεισόμενος πρὸς αὐτὸν ἐπὶ τελέσμασιν ἐνιαυσίοις. ὁ δὲ τούτους δεξάμενος, καὶ τὰ δηλωθέντα ἀκηκοὼς, συνεκπέμπει αὐτοῖς Ἰωάννην τὸν Πατρίκιον, τὸ ἐπίκλην Πιτζιγαύδιον, πολυπειρίᾳ καὶ φρονήσει διαφέροντα, ὡς τὰ ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ

A nibus contra Pyrrhum armatis in templum ingreditur, & cum Judæorum aliorumque infidelium turba in sacrarium irrumpit. Ac cum mappam altaris conscidisset, & religiosissimum locum turpiter contaminasset, arreptis templi clavibus, atque e conto sublatis sine more tota urbe pervagatur.

Hæc ubi Pyrrhus comperit, sequenti nocte, in templum ingreditur. Ibi sacris omnibus salutatis, ac detracto Humerali, & in sacra mensa deposito, (Non sacerdotio, inquit, me abdico, sed contumaci populo cedo.) Inde furtim egressus, apud religiosissimam quamdam fœminam delituit: & opportunitatem nactus Chalcedonem navigavit. De cujus B adventu simul ac Monachi qui illic erant acceperunt, de iis quæ ab Heraclio Imperatore ac Sergio Patriarcha vulgata erant super duabus Christi voluntatibus & actionibus, percontati sunt, quarum patroni ac defensores erant Maximus ac Theodosius, qui tum in Africa versabantur. Hæc sunt quæ Pyrrho per illud tempus acciderunt. Interim dum Valentiniani Chalcedone morantur, Heraclius & Martina, ne amplius suburbana popularentur, pacem cum eo facere ac jurejurando firmare coguntur. Adjecta eidem & Comitis Excubitorum, ut Romani vocant, dignitas: cum ea præsertim conditione, C ut de his pecuniis, quas a Constantino acceperat, a nemine appellaretur, utque qui cum eo erant milites præmiis afficerentur, sed & David Cæsar crearetur, ac Tiberius vocaretur. His ita confectis, Paulus majoris Ecclesiæ Oeconomus Patriarcha Constantinopolitanus eligitur, Octobri mense Indictionis decimæ quintæ. Igitur Constantinus in Sicilia a servis suis dolo in balneis interfectus anno expleto imperii sui vicesimo septimo moritur.

Huic Constantinus filius successit. Quo Imperium ineunte Saracenorum princeps ingentem classem adversus Constantinopolim mittit, præposito duce quem & fidissimum habebat, & belli haud expertem Chaleu eorum lingua D nominatum. Hic ad Byzantii suburbana, eumque locum, quem Hebdomum vocant, classem appellit. Contra quem Constantinus cum ingenti navium numero contendit. Et per frequentia quotidianaque certamina bellum a verno tempore ad autumnum usque perductum est. Appetente hieme, Saracenorum classis trajecto mari Cyzici hiemavit, ac rursum primo vere instauravit. Hunc in modum septem totos annos bellum tenuit. Tandem vero Saracenorum copiæ cum nihil promoverent, quamplurimis suorum amissis, iisdemque fortissimis, nec paucis graviter vulneratis, ægre superati in patriam reversi sunt. Verum in ipso reditu dum ad E Syllæum mare propius accedunt, vehementia ventorum ac fluctibus obruti ad unum omnes perierunt. Saracenorum Princeps audita suæ classis calamitate, legatos ad Constantinum mittit, qui annua tributorum pactione pacem cum eo componerent. Imperator his exceptis, auditisque quæ proxime retulimus, Joannem Patricium cum illis remittit cognomento Petzigaudium, virum usu rerum ac prudentia insignem, ut pacem cum Saraceno constitueret.

Edit. Paris. Pag. 22.

Qui cum ad Barbaros venisset, triginta annorum inducias cum eis pactus est, & utrinque jusjurandum acceptum. Pacis conditiones hæ fuerunt, uti Saraceni Romanis tria aureorum millia penderent, captivorum hominum capita quinquaginta, totidem equorum. Quæ ubi ad Occidentales Barbaros perlata sunt, Avarum scilicet Ducem, aliosque principes, qui ultra eos ad Occidentem habitant, munera cum legatis ad Imperatorem mittunt, ac pacem postulant, quibus Imperator assensus est. Ita deinceps tam in Oriente quam Occidente altissima pax ac tranquillitas fuit.

Nunc de Hunnorum, ut vocant, ac Bulgarorum primordiis dicendum est, quoque modo in iis sedibus constituti sunt. Ad Mæotidem paludem, juxta Cophinem fluvium sita est magna Bulgaria, & quæ Cotragorum gens dicitur ejusdem cum illis generis. Porro Constantini tempore, qui in Occidente obiit, Curatus quidam gentium illarum princeps ex hac vita discedens quinque filios reliquit, quibus hoc testamento præcepit, ne seorsum a se invicem habitarent, quo imperium communi concordia stabilirent. At illi paternis mandatis neglectis, paulo post sejuncti sunt, adeo ut suam quisque populi partem abduceret. Horum primus Basianus, ex parentis præcepto, patrio in solo in hanc usque diem constitit. Secundus Cotragus transmisso Tanai horum ex adverso sedes posuit. Quartus trans Istrum penetrans, in Pannonia, quæ nunc sub Avarorum potestate est, fœdere cum habitatoribus inito domicilium collocat. Quintus in Ravennatem Pentapolim delatus, ac Romanorum vectigalis factus est. Denique tertius Asparuch nomine, Danaprin & Danastrin flumina trajiciens, ad Danubium consedit, ubi locum ad habitandum idoneum occupavit, quem sua lingua Oglum appellant, accessu difficilem, & hostibus inexpugnabilem: cujus anteriora situs asperitate, & paludibus munita sunt: posteriora præruptis rupibus ac salebris tanquam muro vallantur. Hoc modo divisa gente ac dissipata, Chazarorum natio ex interiori Berylia profecta, quæ Sarmatis vicina est, excursiones impune faciebat: atque ita grassantes transductis copiis ultra Euxinum mare perveniunt, ubi Bajanum in suam potestatem redigunt, ac stipendiarium faciunt.

Edit. Parif. pag. 23.

Constantinus postquam comperit ab ea gente, quæ ad Danubium habitabat, Romani imperii limitem vastari, militaribus copiis in Thraciam traductis, adornataque insuper classe, ad retundendos illorum impetus progreditur. Bulgari vero equestrium ac navalium copiarum multitudinem conspicati, subitaque re nec opinata perculsi, ad munimenta sua confugiunt. In quibus cum quatriduo mansissent, neque ob locorum asperitatem Romani prope manum conserere possent, confirmati animis & alacriores facti sunt. Inter hæc Imperator ex pedum ægritudine acriori dolore percitus, ad urbem Mesembriam curandi corporis gratia delatus est, cum ante ducibus suis, atque exercitibus mandasset, ut in munitionis obsidione pergerent, & quæ ad gentem il-

διελεχθησόμενον. ὃς πρὸς τὰ τῶν Σαρακηνῶν γενόμενος συμβαίνει τε αὐτοῖς ὅρκοις τὴν εἰρήνην βεβαιωσάμενος ἐπὶ τριάκοντα ἔτεσιν, ὥστε παρέχεσθαι Ῥωμαίοις ὑπὸ τῶν Σαρακηνῶν ἀνὰ ἔτος ποσότητα χρυσίου τρεῖς χιλιάδας, ἄνδρας τε αἰχμαλώτους πεντήκοντα, καὶ ἵππους πεντήκοντα. Ταῦτα ἀκηκοότες καὶ οἱ πρὸς τὰ ἑσπέρια οἰκοῦντες μέρη, τουτέστιν ὁ τῶν Ἀβάρων ἡγεμών, καὶ οἱ ἐπέκεινα ἄρχοντες τῶν πρὸς δύσιν παρακειμένων ἐθνῶν, διὰ πρέσβεων δῶρα τῷ Βασιλεῖ στείλαντες εἰρήνην ἐξῄτησαν. ἐφ' οἷς εἴξαντος τοῦ Βασιλέως, εἰρήνη τὸ λοιπὸν καὶ γαλήνη ἔν τε τοῖς ἑῴοις, ἔν τε τοῖς ἑσπερίοις ἐβραβεύετο· καὶ ταῦτα μὲν ὑπεσέσχε.

Λοιπὸν δὲ ἤδη περὶ τῆς τῶν λεγομένων Οὔννων καὶ Βουλγάρων ἀρχῆς, καὶ καταστάσεως αὐτῶν. περὶ τὴν Μαιῶτιν λίμνην, κατὰ τὸν Κώφινα ποταμὸν, καθίσταται ἡ πάλαι καλουμένη μεγάλη Βουλγαρία, καὶ οἱ λεγόμενοι Κότραγοι ὁμόφυλοι αὐτῶν καὶ οὗτοι τυγχάνοντες. ἐν δὲ τοῖς Κωνσταντίνου χρόνοις, ὃς κατὰ τὴν δύσιν ἐτελεύτα, Κουβράτος τις τοὔνομα κύριος γενόμενος τῶν φυλῶν τούτων τὸν βίον μεταλλάξας πέντε καταλιμπάνει υἱούς, ἐφ' οἷς διατίθεται, μηδαμῶς τῆς ἀλλήλων ἀναχωρισθῆναι διαίτης, ὡς ἂν διὰ τῆς πρὸς ἀλλήλους εὐνοίας τὰ τῆς ἀρχῆς αὐτῶν διασώζοιτο. οἱ δὲ μικρὰ τῆς πατρικῆς φροντίσαντες παραινέσεως, ὀλίγου παρῳχηκότος χρόνου, διέστησαν ἀλλήλων, ἕκαστος αὐτῶν τὸ τοῦ λαοῦ ἴδιον μέρος ἀποτεμνόμενος. ὁ μὲν πρῶτος Βασιανὸς ὁ λεγόμενος κατὰ τὰ ἐνταλθέντα αὐτῷ παρὰ τοῦ πατρὸς, ἐν τῇ προγονικῇ γῇ διέμεινε μέχρι τοῦ δεῦρο. ὁ δὲ δεύτερος λεγόμενος Κότραγος τὸν Τάναϊν περαιωθεὶς ποταμὸν ᾤκει τούτων ἀντικρύ· ὁ δὲ τέταρτος τὸν Ἴστρον ποταμὸν διαβὰς ἐν Παννονίᾳ τῇ νῦν ὑπὸ Ἀβάροις κειμένῃ αὐλίζεται ὑπόσπονδος τῷ ἐγχωρίῳ ἔθνει γενόμενος. ὁ δὲ πέμπτος κατὰ τὴν Ῥαβεννησίαν Πεντάπολιν ἱδρυσάμενος ὑπόφορος Ῥωμαίοις ἐγένετο. τούτων ὁ λοιπὸς τρίτος ἀδελφὸς ὄνομα Ἀσπαροὺχ τὸν Δάναπριν καὶ τὸν Δάναστριν ποταμὸν περαιωθεὶς, περὶ τὸν Ἴστρον οἰκίζεται τόπον πρὸς οἴκησιν ἐπιτήδειον, Ὄγλον τῇ σφῶν καλούμενον φωνῇ, καταλαβόμενος δυσχερῆ τε καὶ ἀνάλωτον πολεμίοις ὑπάρχοντα. ἀσφαλὴς τε ἐστι, τὰ μὲν ἔμπροσθεν τῇ τε δυσχερείᾳ καὶ τῇ τελματώδει εἶναι τυγχάνων, τὰ δ' ὄπισθεν κρημνοῖς ἀβάτοις τετειχισμένα. οὕτω τοίνυν τοῦ ἔθνους διαιρεθέντος καὶ σκεδασθέντος, τὸ τῶν Χαζάρων φῦλον ἀπὸ τοῦ ἐνδοτέρου τῆς Βερυλίας λεγομένης χώρας, ὡς πλησίον τῶν Σαρματῶν οἰκούντων πλείστης ἀδείας ἐντεῦθεν ἐπέτρεχον. τὰ τοιαῦτα πάντα καταδραμόντες χωρία τὰ ὑπὲρ Πόντου τοῦ Εὐξείνου γῆς καὶ θαλάσσης ἐπέρασαν· μεθ' ὧν καὶ Βαϊανὸν ὑπήκοον ποιησάμενοι εἰς ὑπαγωγὴν φόρου κατέστησαν.

Κωνσταντῖνος δὲ ἐπειδὴ ἔγνω ὡς τὸ σκηνῶσαν περὶ τὸν Ἴστρον ἔθνος τὰ πλησιάζοντα τῆς ὑπὸ Ῥωμαίων ἀρχῆς χωρία καταθέον διαφθείρειν ἐπεχείρει, στρατὸν ἐπὶ πλεῖστον ἐπὶ τὴν Θρᾳκῶν διαβιβάσας χώραν, ἔτι τε καὶ στόλον ἐξοπλίσας κατὰ τοῦ ἔθνους, ὡς ἀμυνούμενος ᾤχετο. οἱ δὲ Βούλγαροι τό τε ἱππικὸν καὶ πλωΐμων τὰ πλήθη θεασάμενοι καὶ τῷ αἰφνιδίῳ καὶ ἀνελπίστῳ καταπλαγέντες πρὸς τὰ ἑαυτῶν ὀχυρώματα ἔφυγον, τετράσιν ἡμέραις ἐκεῖσε ὑπομείναντες· καὶ τῶν Ῥωμαίων μὴ δυνηθέντων αὐτοῖς πολέμῳ συμμῖξαι διὰ τὴν δυσχωρίαν τοῦ τόπου, ἀνελάμβανόν τε αὐτοὺς, καὶ προθυμότεροι ἐγένοντο. ὁ δὲ Βασιλεὺς νόσῳ ποδαλγικῇ συσχεθεὶς, καὶ ὀξυπαθήσας, ἐπὶ Μεσημβρίαν τὴν πόλιν ἀπέπλει θεραπείας ἕνεκεν, προστάξας τοῖς ἄρχουσι καὶ

τοῖς λαοῖς προσεδρεύειν τῷ ὀχυρώματι· καὶ ὅσα πρὸς ἄμυναν τοῦ ἔθνους κατεργάσασθαι. φήμη δέ τις ἐδέδοτο, τὸν βασιλέα φεύγειν μηνύουσα, δι' ἣν θορυβηθέντες οὐδενὸς διώκοντος συντόνως ἔφευγον. οἱ δὲ Βούλγαροι ἐπιδόντες ἐπεδίωκον καρτερῶς, καὶ ὅσους μὲν τοῦ λαοῦ κατελάμβανον ἀνῄρουν, πλείστους δὲ καὶ ἐτραυμάτιζον. περαιωθέντων δὲ τοῦ Ἴστρου, ἐπὶ τὴν λεγομένην Βάρναν πλησίον Ὀδυσσοῦ καὶ τοῦ ὑπερκειμένου μεσογαίου, τὸ ἰσχυρὸν καὶ ἀσφαλὲς τοῦ τόπου πάντοθεν ἔκ τε τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς ἄγαν δυσχωρίας θεασάμενοι, ἐνταῦθα σκηνοῦσι. κρατοῦσι δὲ καὶ τῶν ἐγγιζόντων παρῳκημένων Σκλαβηνῶν ἐθνῶν. καὶ οὓς μὲν τὰ πρὸς Ἀβάρους πλησιάζοντα φρουρεῖν, οὓς δὲ τὰ πρὸς Ῥωμαίους ἐγγίζοντα τηρεῖν ἐπιτάττουσιν. ἐν τούτοις ἰσχυρωθέντων καὶ αὐξηθέντων, τὰ ἐπὶ Θρᾴκης χωρία τε καὶ πολίσματα καταδῃοῦν ἐπεχείρουν. τῷ βασιλεῖ δὲ ἀνάγκη ἦν ταῦτα ὁρῶντι ἐπὶ τελέσμασι πρὸς αὐτοὺς σπένδεσθαι.

Οὕτω τοιγαροῦν εἰρηνευούσης πάντοθεν τῆς Ῥωμαίων βασιλείας, ἡ τῶν Μονοθελητῶν δυσσεβὴς αἵρεσις ἐκρατύνετο, ἤδη τῶν ἀφ' Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως χρόνων λαβοῦσα τὴν ἀρχήν, καὶ σχίσμα ἦν περὶ τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν. ταῦτα διεγνωκὼς Κωνσταντῖνος σύνοδον οἰκουμενικὴν συγκροτεῖ, ἥ τὰς μὲν προλαβούσας πέντε ἁγίας οἰκουμενικὰς συνόδους ἐκύρωσε, καὶ τὰ δύο ἐπὶ σωτῆρος Χριστοῦ θελήματα, καὶ δύο φυσικὰς ἐνεργείας, τέλειον αὐτὸν ἐν θεότητι, καὶ τέλειον ἐν ἀνθρωπότητι διατρανώσασα καὶ τῷ ἀναθέματι τοὺς τῆς αἱρέσεως ἄρξαντας παραπέμψασα, οὕτως ἐν γαλήνῃ καὶ εἰρηνικῇ καταστάσει τὸ λοιπὸν τῆς ζωῆς διατελέσας, τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐτελεύτα. καὶ κατατίθεται αὐτοῦ τὸ λείψανον ἐν τοῖς βασιλείοις τῶν ἁγίων Ἀποστόλων μνήμασι.

Καταλιμπάνει δὲ εἰς τὴν βασιλείαν υἱὸν Ἰουστινιανὸν ἑκκαιδέκατον ἔτος τῆς ἡλικίας ἄγοντα. ὃς τῆς βασιλείας ἐπιλαβόμενος τὰ ὑπὸ τοῦ πατρὸς τῆς εἰρήνης ἕνεκεν, καὶ τῆς ἄλλης πολιτικῆς εὐταξίας βραβευθέντα διέστρεψε. μεθ' ὧν λύει καὶ τὴν πρὸς τοὺς Βουλγάρους γενομένην εἰρήνην. ἱππικὰ δὲ στρατεύματα πρὸς τοῖς Θρᾳκῴοις διαγαγὼν χωρίοις κατὰ τῶν Σκλαβηνῶν ἐθνῶν ὥρμησε. μέχρι δὲ Θεσσαλονίκης ἐκδραμὼν πόλεως, πολλὰ τῶν ἐκεῖσε Σκλαβηνῶν γένη, τὰ μὲν πολέμῳ, τὰ δὲ ὁμολογίᾳ παραλαβών, εἰς τὴν τοῦ Ὀψικίου λεγομένην χώραν διὰ τῆς Ἀβύδου διαβὰς κατέστησεν. ἐξ ὧν στρατεύει ἄχρι καὶ ἕως τριάκοντα χιλιάδας λαόν· οὓς ἐξοπλίσας λαὸν ἐκάλεσε περιούσιον, ἄρχοντα αὐτοῖς ἐκ τῶν εὐγενεστέρων ἐπιστήσας Γεβοῦλον τοὔνομα. εἰς οὓς θαρρήσας λύει τὴν πρὸς τοὺς Σαρακηνοὺς παρὰ τοῦ πατρὸς γενομένην εἰρήνην. μεθίστησι δὲ καὶ τοὺς ἐν τῷ ὄρει τοῦ Λιβάνου λοχῶντας ἐκ παλαιοῦ χρόνου ὁπλίτας. ἐκστρατεύει δὲ κατ' αὐτῶν, καὶ κατὰ τὴν Σεβαστόπολιν γίνεται. καὶ αὐτοὶ δὲ * ἐκστρατεύσαντες πρὸς αὐτὸν παραγίνονται· καὶ τὰ μὲν τῆς εἰρήνης φυλάττεσθαι βέβαια παρ' αὐτῶν ἔφασκον, εἰ δὲ βούλοιντο διαστρέφειν Ῥωμαῖοι, Θεὸν κριτὴν τῶν αἰτίων γίνεσθαι. Ἰουστινιανοῦ δὲ μᾶλλον τῆς μάχης αἱρουμένου, οὗτοι τὸν τῆς εἰρήνης ἔγγραφον λόγον ἐφ' ὑψηλοῦ ἀναρτήσαντες σημείου προάγειν ἐκέλευον, καὶ δὴ κατὰ Ῥωμαίων ἐχώρουν. οἱ δὲ εἰς φυγὴν ἐτράποντο. καὶ ὁ κληθεὶς περιούσιος τῶν Σκλάβων λαὸς τοῖς Σαρακηνοῖς προστίθεται· καὶ σὺν αὐτοῖς Ῥωμαίους ἀνῄρουν. ἐξ οὗ πλεῖστοι προσκτησάμενοι θάρσος, πλείονας τῶν Ῥωμαίων

* γρ. ἐπιστρατεύσαντες

A iam propulsandam pertinerent, omnia perficerent. Verum cum fugere Imperatorem fama pervulgasset, consternati nostri passis manibus fugiunt. Quibus conspectis Bulgari vehementius fugientium terga premere, & quos assequi poterant cædere, plerosque vulnerare. Inde cum Danubium transiissent, & ad Barnam, quæ prope Odyssum, & eminentiora illa mediterranea est, pervenissent, cum eum locum undique & a fluvio, & a regionis asperitate munitum animadverterent, ibidem castrametati sunt. Sed & Sclavinorum gentem, quæ illic in propinquo degebat, in potestatem redigunt, ac partem suorum in eo limite, qui Avares respiciebat, collocant: alios Romanorum finibus objiciunt. B Quibus rebus aucti atque confirmati, Thraciæ oppida locaque omnia populantur. Quare Imperator annua pensitatione promissa pacem cum iis facere coactus est. Edit. Paris. pag. 24.

Sic igitur, pace ubique per Romanum Imperium constituta, Monotheletarum hæresis, quæ jam tum ab Heraclio Imperatore cœperat, majora in dies incrementa capiebat: adeo ut Ecclesia Catholica schismate divideretur. Quas ob res Constantinus generale Concilium indicit, quo quinque priores Oecumenicæ Synodi comprobatæ, & duæ in Christo Domino voluntates, totidemque naturales actiones receptæ sunt: IↃCLXXX. decretumque cum illum divinitate perfecta, C cum perfecta nihilominus hominis natura constare: contrariæ vero hæresis auctores anathemate damnantur. Hunc in modum reliquum vitæ tempus in otio ac pace transigens Imperator, decimo septimo imperii anno excessit e vita: cujus corpus in regia sanctorum Apostolorum basilica æde sepultum est.

Reliquit Imperii successorem Justinianum filium, qui jam sexdecim annos attigerat. Atque hic Imperium nactus 685. quæ a parente suo de pace ac reliqua reipub. ordinatione constituta fuerant omnia pervertit, unaque & initam cum Bulgaris pacem dissolvit. Hinc equitibus ad Thraciæ loca missis, D contra Sclavinos proficiscitur. Et Thessalonicam usque progrediens, 688. quamplurimis illic Sclavinorum gentibus partim bello, partim deditione in potestatem acceptis, easdem in Opsiciana quam vocant regione per Abydum translatas collocat. Ex quibus ad triginta millia armatorum eduxit, eumque peculiarem militem appellavit. Cui Gebulum ex nobilioribus quemdam præposuit: atque his fretus pacem cum Saracenis a parente initam dissolvit. 692. Ad hæc stationem illam militum, quæ in Libano monte, jam tum ab antiquis temporibus posita fuerat, inde detrahit. Igitur exercitu contra illos acto Sebastopolim pervenit. E At hi productis ex adverso copiis pacem quidem se quantum in sese fuit integram servasse dixerunt. Quod si Romani eam violare cupiant, Deum de criminis illius auctoribus judicaturum. Sed IↃCXCI. Justiniano bellum magis optante, illi fœderis tabulas e sublimi vexillo suspensas præferri ante se jubent, atque ita contra Romanos procedunt; quos in fugam conjiciunt, sed & peculiaris ille Sclavorum populus (ita enim vocabatur) ad Saracenos deficit, quibuscum Romanos

Edit. Parif. pag. 25. communiter cædebant. Hoc itaque modo sese adversus gentem illam Imp. gessit.

Jam vero civilibus Magistratibus efferos
IↃCXCIII. homines ac crudelissimos præfecit: quorum unus Stephanus fuit spado, genere Persa, fiscique præfectus, qui subjectos sibi omnes magnis contumeliis afficiebat, adeo ut vel Justiniani matrem audacia illius appeteret, eique verbera quemadmodum pueris elemenrariis magistri solent, intentaret. Idem porro Theodotum quemdam monachum qui prius in Thraciæ finibus ad freti angustias inclusam ac solitariam vitam duxerat, publici ærarii Præfectum constituit, quem Logothetam vulgo nuncupant. Qui per summam crudelitatem, non modo a subjectis sibi pecunias exigebat, quos sublatis funibus extentos palearum fumo cruciabat, sed etiam alios illustres viros proscribebat, ac pœnis intolerabilibus necabat.

Cæterum Leontium quemdam Patricium, genere Isauricum, qui Orientalibus copiis præfuerat, multis rebus præclare, ac cum laude gestis insignem, Justinianus totis tribus annis in custodia habuerat, eumque postea dimissum Græciæ præposuerat, eadem die Byzantio cedere coactum. Ad hunc quidam ex amicis intempesta nocte veniunt, Paulus nimirum monachus ex Callistrati cœnobio astrologiæ deditus, & Gregorius monachus Flori monasterio præfectus genere Cappadox. Qui cum eum adiissent, velut honoris causa deducturi: at hic illos intuens, frustra, inquit, mihi Imperium vaticinati estis. Nunc enim ex hac urbe digressum acerbus me vitæ exitus manet.) Illi discessu prohibere, certoque polliceri, nisi ignavo & inerti animo esse vellet, omnino Imperii compotem fore. Quibus verbis persuasus ille cum aliquot servorum manu armatus noctu clam ad Prætorium ascendit. Ubi cum adesse Imp. significassent, cui aliquid illic negotii gerendum esset, Prætorii Præfectus apertis januis occurrit, quem illico manibus ac pedibus constrinxit, tum intro penetrans Leontius custodias omnes liberat, & armatis omnibus, ad forum progreditur, unde per totam urbem dissipatos clamare jubet, ut ad Sophiæ templum Christiani omnes con-
IↃCXCIV. venirent. Quo tumultu multitudo omnis concita ad Baptisterium frequens advenit. Leontius cum Monachis & aliis amicis Callinicum tunc urbis Antistitem adit, ac descendere cogit, & ad populum clamare. (Hæc est dies quam fecit Dominus.) Populus vero Justiniano maledicebat. Post hæc universi in
pag. 26. Hippodromum confluunt: moxque ut illuxit, Justinianum ad eos producunt. Cæterum vociferante plebe, ut in Imperatorem gladio animadverteretur, Leontius pro sua cum ejus patre Constantino amicitia, vitæ percepit, sed lingua ac naso mutilatum in Chersonam urbem deportat, anno ejus Imperii exacto decimo. Leontius Imperator a populo salutatus est. Qui mox Stephanum Eunuchum, & Theodosium Monachum, ob ea mala, quæ perpessus ab iis fuerat, etiam invito Imperatore, comprehendit, & pedibus alligatos, ac per urbem ad Bovis forum attractos igne combussit. Hæc Constantinopoli per eos dies acciderunt.

At in Africa Carthago Romani an-

A ἀρχὴν ἐλυμαίνοντο. καὶ τὰ μὲν πρὸς τὸ ἔθνος οὕτω πως εἶχε.

Εἰς δὲ τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς καθίστα ἄνδρας ἀπηνεῖς καὶ ὠμοτάτους. ὧν ἦν Στέφανος εὐνοῦχος Πέρσης, ταμίας τῶν βασιλικῶν χρημάτων, καὶ πολλὰ τοὺς ὑπὸ χεῖρα αἰκιζόμενος, ἄχρι καὶ εἰς τὴν μητέρα Ἰουστινιανοῦ τὴν τόλμαν ἐξέτεινε, μάστιγας αὐτῇ ἐν σχήματι, ὥσπερ τοὺς παῖδας οἱ γραμματισταὶ ἐπιθέμενος. Θεόδοτον δέ τινα Μοναχὸν ἔγκλειστον τὸ πρότερον, κατὰ τὰ Θρᾴκια τοῦ στενοῦ λεγομένου πόρου γεγονότα, τῶν δημοσίων λογιστὴν, ὃν τὸ δημῶδες Λογοθέτην καλοῦσι, καθίστησιν. ὃς ὑπερβολῇ ὠμότητος οὐ τοὺς ὑπ' αὐτὸν μόνον χρήματα ἐπράττε, μετεώροις σχοινίοις ἀναρτῶν, καὶ ἀχύροις περικαπ-
B νίζων· ἀλλ' ἤδη καὶ ἑτέρους περιφανεστέρους ἄνδρας δημεύων, καὶ ἀφορήτους ποινὰς ἐπιφέρων ἀπέκτεινεν.

Λεόντιον δέ τινα Πατρίκιον ἐκ τῆς τῶν Ἰσαύρων ὁρμώμενον χώρας καὶ στρατηγὸν γενόμενον τοῦ Ανατολικοῦ καλουμένου στρατεύματος, εὐδόκιμόν τε πολλοῖς πολλάκις γενόμενον, ὑπὸ φρουρὰν τρισὶ χρόνοις καὶ αὐτὸν Ἰουστινιανὸς ἐποίησεν· εἶτα τῆς φρουρᾶς λύσας στρατηγὸν τῆς Ἑλλάδος προβάλλεται, αὐθημερὸν ἀναγκάσας τοῦ Βυζαντίου ἀπαίρειν. πρὸς ὃν γίνονται φίλοι τυγχάνοντες ἄωρον τῆς νυκτὸς Παῦλός τις Μοναχὸς τῆς Καλλιστράτου μονῆς ὑπάρχων, ἀστρονόμος τὴν ἐπιστήμην, καὶ Γρηγόριος Μοναχὸς, καὶ ἡγούμενος ἐν τῇ Φλώρου μονῇ, Καππαδόκης τὸ γένος, ὡς προπέμψοντες. αὐτὸς δὲ ἰδὼν ἐνε-
C κάλει λέγων, ὡς μάτην μοι τὰ τῆς βασιλείας προεμαντεύσασθε. νῦν γὰρ ἐνθένδε ἀποχωροῦντα τὸ τέλος με τῆς ζωῆς πικρὸν καταλήψεται. οἱ δὲ τῆς ὁδοῦ εἶργον βέβαια παρεχόμενοι ὡς εἰ μὴ ὀκνήσειε, τῆς ἐξουσίας κρατήσειε. τούτοις πεισθεὶς εὐθεὶς ἐπικομίζων τινὰς τῶν ὑπηρετῶν ἔτι τῆς νυκτὸς ἐφισταμένης καὶ ὅπλα ἀνελόμενος εἰς τὸ Πραιτώριον ἄνεισιν ἡσυχῇ. καὶ σημαινόντων ὡς τὸν Βασιλέα παρεῖναι ἐν τοῖς ἐκεῖσε πρᾶξαι τὰ κατὰ γνώμην, ὁ τοῦ Πραιτωρίου ὕπαρχος ὑπήντα διανοίγων τὰς πύλας, ὃν αὐτίκα χεῖρας καὶ πόδας ἐπέδησεν. ἐντὸς δὲ γενόμενος Λεόντιος πάντας τοὺς καθειργμένους ἔλυσε, καὶ ὁπλίσας ἐπὶ τὸν καλούμενον φόρον ἐξώρμησε. κἀκεῖθεν σκεδαννύμενοι ἀνὰ πάντα μέρη τῆς πόλεως βοῇ κράζειν ἐκέλευσε, πάντας Χριστιανοὺς εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Σοφίας παραγίνεσθαι. ἐξ ὧν πᾶν
D τὸ πλῆθος θορυβηθὲν σπουδῇ πρὸς τὸν λουτῆρα τῆς ἐκκλησίας ἠθροίζετο. ὁ δὲ σὺν τοῖς Μοναχοῖς καὶ ἑτέροις τῶν φίλων πρὸς Καλλίνικον τὸν τηνικαῦτα ἱεράρχην τῆς πόλεως ἔρχεται, καὶ βιάζεται κατελθεῖν, καὶ φωνῆσαι πρὸς τὸν λαόν· αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος. τὸ δὲ πλῆθος Ἰουστινιανὸν ἐδυσφήμει. καὶ οὕτως ἅπαντες ἐπὶ τὸν χῶρον τῆς Ἱπποδρομίας ᾤχοντο· ἡμέρας δὲ ἐπιγενομένης ἐκφέρουσιν Ἰουστινιανὸν πρὸς αὐτούς. καὶ τῆς πληθύος βοώσης βασιλέα ξίφος διαδέχεσθαι, Λεόντιος τοῦ αἵματος αὐτοῦ φεισάμενος, διὰ τὴν πρὸς Κωνσταντῖνον τὸν πατέρα αὐτοῦ ἀγάπην, τεμὼν τὴν γλῶτταν, καὶ τὴν
E ῥῖνα ἐν Χερσῶνι τῇ πόλει ἐξώρισε δέκατον ἤδη ἔτος ἐν τῇ βασιλείᾳ διανύσαντα. Λεόντιος δὲ ὑπὸ τοῦ πλήθους βασιλεὺς ἀναγορεύεται. Στέφανον δὲ τὸν εὐνοῦχον καὶ Θεοδόσιον τὸν Μοναχὸν, δι' ἣν ὑπέμεινε παρ' αὐτῶν κάκωσιν, καὶ ἄκοντος τοῦ βασιλέως, συλλαβόμενοι, καὶ τῶν ποδῶν ἐξαναρτήσαντες διὰ χρόνων συρέντας πρὸς τὴν καλουμένην τοῦ Βοὸς ἀγορὰν, πυρὶ παραδεδώκεισαν. καὶ τὰ μὲν ἐν Κωνσταντινουπόλει οὕτω διέκειτο.

Η δὲ ἐπ' Ἀφρικῆς Καρχηδὼν πρώην ὑπὸ Ρω-

μαίοις τελοῦσα, τότε ὑπὸ χεῖρα τῶν Σαρακηνῶν γίνεται πολέμῳ παρ' αὐτῶν ληφθεῖσα. τοῦτο διαγνοὺς Λεόντιος, ἅπαντα τὰ Ῥωμαϊκὰ ἐξώπλισε πλόϊμα. στρατηγόν τε ἐπ' αὐτοῖς Ἰωάννην τὸν Πατρίκιον ἔμπειρον τῶν πολεμίων προχειρισάμενος, πρὸς Καρχηδόνα κατὰ τῶν Σαρακηνῶν ἐξέπεμψεν. ὃς ἐκεῖσε παραγενόμενος, τοὺς μὲν ἐν αὐτῇ τῶν Σαρακηνῶν πολέμῳ ἐτροπώσατο. τὴν δὲ πόλιν Ῥωμαίοις ἀνεσώσατο. καὶ τἄλλα πάντα τὰ ἐκεῖσε πολίσματα τῆς τῶν ἐθνῶν ἀπαλλάξας ἐξουσίας, καὶ στρατὸν ὁπλιτῶν πρὸς φυλακὴν ἐν αὐτοῖς ἐγκαταλείψας, αὐτοῦ διεχείμαζεν. ὁ δὲ τῶν Σαρακηνῶν βασιλεὺς ταῦτα μεμαθηκώς, πλείονα κατ' αὐτοῦ ἐκίνησε πόλεμον· δι' οὗ καὶ τὸν μὲν Ἰωάννην σὺν τῷ περιόντι αὐτῷ Ῥωμαϊκῷ στόλῳ ἐξώθησε, καὶ τὴν Καρχηδόνα παραλαμβάνει πόλιν, καὶ τὰ περὶ αὐτὴν πολίσματα· ὁ δὲ Ἰωάννης ἀφορμήσας πρὸς βασιλέα ἀνήγετο. ἐν δὲ τῇ νήσῳ Κρήτῃ γενόμενος ὑπό τε τῶν ἀρχόντων καὶ τοῦ στρατιωτικοῦ πλήθους ἐστασιάζετο. καὶ οὐδαμῶς βουληθεὶς αἰσχύνῃ καὶ δέει κατεχόμενος πρὸς βασιλέα παραγενέσθαι. διὰ τοῦτο Λεόντιον μὲν δυσφημοῦντες ἀθετοῦσι, ψηφίζονται δὲ Ἀψίμαρον ὄνομα, στρατοῦ ἄρχοντα τῶν Κουρικιωτῶν τυγχάνοντα τῆς ὑπὸ Κιβυρραιωτῶν χώρας, ὃν Δρουγγάριον Ῥωμαίοις καλεῖν ἔθος, Τιβέριον αὐτὸν ἐπονομάσαντες.

Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ νόσος λοιμικὴ τῇ πόλει ἐπισκήψει, καὶ πλῆθος λαοῦ ἐν μησὶ τέτρασι διέφθειρεν. Ἀψίμαρος δὲ σὺν τῷ συνόντι αὐτῷ στόλῳ εἰς Βυζάντιον ἀναχθείς, ἄντικρυ τῆς πόλεως ἐν Συκαῖς λεγομένῳ παραθαλασσίῳ χωρίῳ προσορμίζεται. ἐπὶ χρόνον δέ τινα πόλεμον συμβαλὼν τοῖς ἐν τῇ πόλει, τέλος τοὺς ὑπὸ τὸ τεῖχος Βλαχερνῶν φρουροὺς καὶ τοὺς τούτων ἄρχοντας ὑποφθείρας, δόλῳ ὑπ' αὐτῶν παραλαμβάνει τὴν πόλιν. καὶ ὁ σὺν αὐτῷ στρατὸς εἰσελθὼν τὰ χρήματα τῶν πολιτῶν διήρπασε. Λεόντιον δὲ χειρωσάμενος τρίτον ἔτος ἐν τῇ βασιλείᾳ διάγοντα, τὴν ῥῖνα αὐτοῦ ἐξέτεμε, καὶ ἐν τῷ καλουμένῳ τῆς Δελμάτου μοναστηρίῳ ἡσυχάζειν προσέταξε.

Καὶ ταῦτα μὲν ταῦτα ἐπ' αὐτοῖς συνέβαινεν. Ἰουστινιανὸς δὲ ἐπεὶ πρὸς τῇ Χερσῶνι διέτριβε, συχνότερον δημηγορῶν, ὡς πάλιν κρατήσει τῆς βασιλείας ἐπαρρησιάζετο. οἱ δὲ ὧδε πολῖται κίνδυνον ἑαυτοῖς ὑποτοπούμενοι ἐβουλεύσαντο αὐτὸν ἀνελεῖν, ἢ δεσμώτην πρὸς Ἀψίμαρον ἀναπέμπειν. αὐτὸς δὲ τοῦτο αἰσθόμενος, ἐκεῖθεν διέφυγε, καὶ εἰς τὸ φρούριον τὸ λεγόμενον Δόρος πρὸς τῇ Γοτθικῇ κειμένῳ χώρᾳ ἀπέδρασεν. αἰτεῖ δὲ τὸν Χαζάρων ἡγεμόνα. Χαγάνους δὲ τούτους αὐτοὶ καλοῦσιν· ὡς αὐτὸν παραγενέσθαι. ὁ δὲ τῇ αἰτήσει εἶξε, καὶ αὐτὸν μετὰ τιμῆς ἐδέξατο. καὶ φιλιωθεὶς αὐτῷ τὴν ἑαυτοῦ ἀδελφὴν Θεοδώραν καλουμένην εἰς γυναῖκα ἐξέδοτο. ὁ δὲ τῇ αὐτοῦ συναινέσει ἐν Φαναγωρίᾳ ἐλθὼν σὺν αὐτῇ διέτριβε. ταῦτα διαγνοὺς Ἀψίμαρος ἐνέκειτο συχνοὺς τὸν τῶν Χαζάρων ἄρχοντα ἐκλιπαρῶν. πλεῖστα δὲ χρήματα καὶ δῶρα ὑπισχνεῖτο, εἰ ζῶντα Ἰουστινιανὸν, ἢ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐκπέμψαι. ὁ δὲ ταῖς πολλαῖς εἴξας παρακλήσεσιν ὑπέσχετο τοῦτο πληρώσειν. πέμπει οὖν ἄνδρας εἰς φυλακὴν αὐτοῦ καθεστάναι, τῷ μὲν προσχήματι, ὡς μὴ ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων ἐπιβουλευθείη, τῷ ὄντι δὲ, φυλάττειν, ὡς μὴ ἀποδράσαι ποτὲ προασφαλιζόμενος. κελεύει δὲ τῷ ἄρχοντι τῶν ὁμοεθνῶν, ᾠκειωμένῳ δὲ Ἰουστινιανῷ ὄντι, ἔτι δὲ καὶ τῷ ἄρχοντι τῷ τοῦ Βοσπόρου τοῦ Σκυθικοῦ, ἐπιτηρεῖν ἡνίκα αὐτοῖς ἐπιτρέψει ἀνελεῖν αὐτὸν ὡς τάχιστα. ταῦτα δὲ μηνύεται Θεοδώρᾳ παρά τινος

A tea Imperii civitas a Saracenis expugnatur. Quo audito Leontius Romanas omnes naves instruit, ac Præfecto IↃCXCVI.
Joanne Patricio viro bellicis rebus experto Carthaginem contra Saracenos mittit. Hic cum eo pervenisset, Saracenis, qui ibidem erant, in fugam versis, urbem illam Romanæ ditioni restituit, cæteraque illius regionis oppida a Barbarorum servitute vindicans, & militare præsidium imponens, ibidem hiemem traducit. Verum Saracenorum Princeps ea re comperta, majori cootra eum belli mole & apparatu contendit. Quo & Joannem cum omni, quæ supererat, classe Romanorum expellit, & Carthaginem cum vicinis oppidis in potestatem recepit. Quare Joannes inde solvens ad B Imperatorem revertitur. Sed cum ad Cretam insulam appulisset, Ducum & militum contra eum seditio ac tumultus oritur. Cum & alioqui pudor illum, ac metus offerre se Imperatori prohiberet. Quamobrem Leontium, multis in eum IↃCXCVII.
contumeliose dictis, abjiciunt: ejusque loco Apsimarum eligunt qui tum Curiciotarum copiis præerat e Cybyræotarum regione, quem Drungarium Romani vocant, eumdemque Tiberium cogoominant.

Interea in urbe pestilentia laboratum est, quæ quatuor mensibus ingentem vim hominum absumpsit. Apsimarus vero cum classe sua Byzantium invectus ad locum quemdam litori proximum, quem C Sycas appellant, ex adverso urbis appulit. Inde contra oppidanos aliquandiu pugnans, postremo corruptis Blachernarum muri custodibus, eorumque Præfectis, dolo urbem ingressus est: unaque cum eo irrumpens exercitus civium bona diripuit. Leontium porro, tertio quam imperare cœperat anno, IↃCXVI.
comprehendens amputatis naribus in Delmati Monasterium, ut ibi privatus ageret, inclusit.

Quæ dum geruntur, Justinianus Chersonæ degens cum de recuperando Imperio crebro sermocinaretur, atque audacius ageret, ejus loci incolæ periculum sibi ex ea re veriti, de illo interficiendo, aut vincto ad Apsimarum per- D ducendo consilium ineunt. At ipse, ubi hoc illos agitare comperit, inde fugiens ad castellum, quod Doros appellatur, estque in Gotthiæ limitibus positum, sese recipit. Unde Chazarum Ducem, Chaganos illos nuncupant, ut ad se veniret rogat. IↃCCII.
Qui precibus ejus adductus, magno cum honore eumdem excipit, & contracta cum eo amicitia, sororem suam Theodoram nomine in conjugem tradit. Quare illo permittente, Phanagoram veniens ibi cum uxore sua moratus est. Quæ cum Apsimarus audisset, Chazarum Principem assidue sollicitabat, opibus multis ac muneribus promissis, ut aut vivum Justinianum ad E sese, aut caput ejus mitteret. Qui frequentibus Apsimari precibus commotus facturum se quod rogatus erat recepit. Itaque certoa homines ad ejus custodiam allegat, per speciem ne gentilium suorum insidiis opprimeretur, revera autem id ipsum cavens, ne unquam e manibus suis effugere posset. Tum uni ex gentis suæ ducibus, quo cum Justiniano familiaritas erat, necnon & Bosphori Scythici præfecto juber, ut simul atque maodasset, quamprimum ei vitam eri-

Edit. Paris. pag. 27.

perent. Hæc ad Theodoram a quodam patris sui domestico perlata sunt: quæ statim viro suo insidias aperit. Qui quidem Chazaro illo familiari suo ad se vocato, remotis arbitris, eum laqueo præfocat, eodemque modo Bosphori præfectum interficit: Deinde Theodora conjuge ad patrem remissa solvens, Tomin, qui locus ad mare situs est, pervenit, ubi nave conscensa, cum nonnullis aliis litus legens ad Symbolum usque ad Chersonam urbem appellit. Quo cum navem ad portum applicuisset, certum hominem e comitatu ad urbem destinat: ex qua Barasbacurium, ejusque fratrem ad se una cum Soliba, & aliis quibusdam elicit: quibuscum solvens, & eum locum, quem Necropyla vocant, prætervectus, ad Istrum pervenit. Inde ad Terbelin Bulgarorum in ea regione Principem, quemdam ex suis Stephanum mittit, auxilium petens, ut in Imperium ejus opera restitueretur. Ad idque cum alia quamplurima, tum filiam suam conjugem promittebat. His acce-
Edit. Paris. pag. 28. ptis barbarus Justiniano omnia cumulate detulit; eumque magno cum honore suscepit, tum omnibus qui secum erant armatis ad urbem contendit; quam triduo toto castris ad Blachernorum murum positis obsedit; instante Imperatore ut a civibus in urbem reciperetur. Sed illi cum ignominia turpiter remittunt.
IↃCCII. Tandem noctu cum paucis per aquæ ductum irrepit, atque urbem invadit, moxque Blachernorum palatium occupat. Heraclium vero Apsimari fratrem ex Præfecto Orientalium copiarum cum aliis ducibus & satellitibus ejus pro mœnibus ipsis e patibulo suspendit. Apsimarum deinde septimo quam imperare cœperat, anno una cum Leontio comprehensum ferreis compedibus vinctum in carcerem conjicit. Post hæc equestre certamen celebrans, alterum ad dextram, alterum ad sinistram horæ spatio abjici, atque pedes suos proculcari: inde in Cynegio caput amputari jussit. Sub hæc Bulgarorum Principem Terbelin extra Blachernorum mœnia stationem habentem omni honore ac munificentia prosecutus, demum ad eum veniens Imperatoriam vestem circumdedit, ac Cæsarem appellavit. Neque his contentus, sed ad consessum insuper admittens, adorari secum a populo voluit, ac postremo infinitis muneribus donatum in patriam remisit. Callinicus Patriarcha, quod in Leontii inauguratione probrose quædam in Imperatorem jactasset, oculis orbatus Romam deportatus est. Cujus in locum Cyrum substituit, qui in urbe Amastride inclusam ac solitariam vitam coluerat, ac de Imperio recuperando prædixerat. Sed nullus interea cædium in cives ac sævitiæ modus. Nam plerosque ad magistratus evehens, subinde aliis submissis interficiebat: nonnullos ad convivium invitans, incautos opprimebat: alios in culeum insutos in profundum mergebat. Et ut uno verbo dicam, omni in suos crudelitate, ac feritate bacchatus est. Per idem tempus e Chazaria Theodoram conjugem & Tiberium filium arcessit, eisque Imperatoriam coronam imponit. Post inita cum Bulgaris pace dissoluta innumeras terra marique copias in Traciam transportans ad Anchialum urbem belli mollem convertit.

A τὴν τοῦ πατρὸς οἰκετῶν. ἡ δὲ τὰ τῆς ἐπιβουλῆς τῷ ἀνδρὶ ἀνατίθει. καὶ αὐτὸς τὸν οἰκεῖον ἐκεῖνον τὸν Χάζαρον καλέσας, καὶ ἀπιδιάσας μετ' αὐτοῦ, ἀγχόνῃ παρέδωκε. τῷ αὐτῷ δὲ τρόπῳ ἀναιρεῖ καὶ τὸν Βοσπόρου ἄρχοντα. διαθεὶς δὲ Θεοδώραν τὴν γαμετὴν πρὸς τὸν πατέρα ἐκπέμπει· αὐτὸς δὲ ἀπάρας εἰς Τόμιν καλούμενον παραθαλάσσιον χωρίον κατῆλθε. κἀκεῖσε νηὶ ἐπιβὰς σὺν ἑτέροις τισὶν ἀνδράσι, καὶ ταύτην παραπλεύσας ἦλθε μέχρι Συμβόλου τῇ πόλει πλησιάσας Χερσῶνι, καὶ προσορμίσας τῷ ἐκεῖσε λιμένι, πέμπει ἕνα τῶν ἑταίρων ἐπὶ τῇ πόλει. κἀκεῖθεν ἄγει πρὸς αὐτὸν τὸν Βαρασβακούριον, καὶ τὸν τούτου ἀδελφὸν, τόν τε Σολιβὰν, καὶ ἑτέρους τινὰς ἄνδρας, καὶ σὺν αὐτοῖς ἐκπλεύσας τὰ λεγόμενα Νεκρόπυλα, παρελθὼν πρὸς τὸν Ἴστρον ποταμὸν παραγί-
B νεται. ἐκεῖθεν ἐκπέμπει τῶν συνόντων τινὰ Στέφανον πρὸς Τέρβελιν κύριον ὄντα τηνικαῦτα τῶν ἐκεῖσε Βουλγάρων, παρακαλῶν συλλαβέσθαι αὐτῷ, ὥστε τὸν τῆς βασιλείας ἀπολήψεσθαι θρόνον. ἄλλα τε πλεῖστα δῶρα ὑποσχόμενος, καὶ τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα εἰς γυναῖκα αὐτῷ δώσειν ἐπαγγειλάμενος. ὁ δὲ προθύμως ἐν πᾶσιν ὑπεῖκε, καὶ Ἰουστινιανὸν σὺν τιμῇ μεγάλῃ ἐδέξατο, καὶ ἅπαντα τὸν ὑπ' αὐτῷ λαὸν ὁπλίσας σὺν αὐτῷ ἐπὶ τὴν βασιλεύουσαν ᾤχετο. προσεδρεύει δὲ τῷ τείχει Βλαχερνῶν ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις, ἀξιῶν τοὺς τῆς πόλεως εἰσδεχθῆναι αὐτὸν βασιλέα. οἱ δὲ αἰσχῶς ὑβρίζοντες ἀπέπεμπον. ὁ δὲ νυκτὸς εἰσδύεται σὺν ὀλίγοις τισὶ κατὰ τὸν τῆς πόλεως ἀγωγόν. κἀντεῦθεν παραλαμβάνει τὴν πόλιν. καὶ πρὸς βραχὺ σκηνοῦται ἐν τῷ Παλατίῳ Βλα-
C χερνῶν. Ἡράκλειον δὲ τὸν ἀδελφὸν Ἀψιμάρου στρατηγὸν τοῦ ἀνατολικοῦ στρατοῦ γενόμενον, καὶ τοὺς ἄλλους ἄρχοντας καὶ ὑπασπιστὰς αὐτοῦ πρὸς τῷ τείχει ἐπὶ ξύλου ἀνήρτησεν. Ἀψίμαρον δὲ συλλαβὼν ἕβδομον ἔτος ἐν τῇ βασιλείᾳ διανύσαντα, ἔτι δὲ καὶ Λεόντιον σιδήροις πεδήσας κατεῖχεν ἐν εἱρκτῇ. μετὰ δὲ ταῦτα ἱππικὸν ἐπιτελέσας ἀγῶνα, θάτερον μὲν ἐκ δεξιῶν, θάτερον δὲ ἐξ ἀριστερῶν πρὸς τοῖς ποσὶν αὐτοῦ πατεῖσθαι ῥίψας ἐπὶ ὥρας βραχείας, μετὰ ταῦτα ἐκπέμπει ἐν τῷ καλουμένῳ Κυνηγίῳ τμηθῆναι τὰς κεφαλάς. τὸν δὲ Βουλγάρων ἄρχοντα Τέρβελιν ἔξω τείχους Βλαχερνῶν σκηνούμενον πολλὰ φιλοφρονησάμενος, τέλος παραγενόμενος πρὸς αὐτὸν χλανίδα τε περιβάλλει βασιλικὴν, καὶ Καίσαρα ἀναγορεύει. καὶ συμπάρεδρον ποιησάμενος προσκυνεῖσθαι σὺν αὐτῷ ὑπὸ τοῦ λαοῦ ἐκέλευε. καὶ πλεῖστα παρασχόμενος δῶρα πρὸς
D τὰ ἑαυτοῦ ἐξέπεμπε. Καλλίνικον δὲ τὸν τῆς πόλεως ἱεράρχην, ὡς δυσφημήσαντα αὐτὸν ἐπὶ τῇ τοῦ Λεοντίου ἀναγορεύσει, τυφλώσας ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐξέπεμψε. Κῦρον ἀντ' αὐτοῦ εἰς τὴν ἱερωσύνην προχειρισάμενος, τὸν ἐν Ἀμάστριδι ἔγκλειστον γενόμενον, προσημαίνοντα αὐτῷ ἐκεῖσε παριόντι τὴν τῆς δευτέρας βασιλείας κατάστασιν. πολὺν τε φόνον καὶ κάκωσιν ἐν τοῖς ὑπηκόοις ἐποιεῖτο· τοὺς μὲν γὰρ εἰς ἄρχοντας προβαλλόμενος, αὐτίκα ἑτέρους ὄπισθεν ἐκπέμπων ἀνῄρει. τοὺς δὲ ἐν δείπνῳ συγκαλῶν δόλῳ ἀπέκτεινεν. ἄλλους ἐν τῷ βυθῷ σάκκοις ἐμβαλὼν ἀπέρριπτε. καὶ συνελόντα εἰπεῖν, ὠμότητι πολλῇ καὶ θηριώδει γνώμῃ πρὸς τὸ ὑ-
E πήκοον διακείμενος. ἐν τούτοις δὲ μεταστέλλεται ἀπὸ Χαζαρίας Θεοδώραν τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν, καὶ Τιβέριον τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθέντα αὐτῷ υἱὸν, καὶ στέφει αὐτοὺς εἰς βασιλέας. μετὰ τοῦτο λύει τὴν πρὸς τοὺς Βουλγάρους εἰρήνην, καὶ στρατεύματα πλεῖστα διά τε γῆς καὶ θαλάσσης πρὸς τοῖς Θρακῴοις μέρεσι διαγαγὼν, πρὸς τῇ Ἀγχιάλῳ πόλει ὡς πολεμήσων αὐτοὺς παραγίνεται. ἀφυλάκτως δὲ τοῦ λαοῦ πρὸς τὰ ἐκεῖσε πεδία ἐπὶ κομιδῇ χόρτου σκεδαννυμένου, ἐπιπίπτουσιν ἀθρόως οἱ Βούλγαροι, πολλοὺς αὐτοὺς

διαφθείρουσι, πολλοὺς δὲ καὶ αἰχμαλώτους εἷλον. τῷ Ἰουστινιανῷ ἐν τῇ πόλει Ἀγχιάλῳ ἀπολειφθέντι ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις προσεδρεύουσιν. ὁ δὲ νυκτὸς ναυσὶν ἐπιβὰς φυγῇ ἐκεῖθεν ἀπέπλευσεν, καὶ εἰς Βυζάντιον ἐπανάγεται.

Ἐν τούτοις ὄντων τῶν πραγμάτων, ὁ τῶν Σαρακηνῶν βασιλεὺς λαὸν πλεῖστον ὁπλιτῶν ἐκπέμπει, ἡγεμόνας αὐτοῖς ἐπιστήσας Μασαλμὰν καὶ Σολυμὰν κατὰ τὴν αὐτῶν διάλεκτον καλουμένους, ὡς τὰ Τύανα τὴν πόλιν πολιορκήσοντας. οἱ δὲ ἐκεῖσε παραγενόμενοι, πολέμους πλείστους συνάψαντες, μέρος δὲ τοῦ τείχους ἐκ τῶν πρὸς τειχομαχίαν ὀργάνων καταβαλόντες, καὶ πλέον οὐδὲν ἰσχύσαντες ἀνύσαι, ἀποχωρεῖν πρὸς τὰ οἰκεῖα ἐβούλοντο. ἐν ᾧ ἐκπέμπει Ἰουστινιανὸς πρὸς τὴν μεσογείαν πλεῖστον λαὸν ἀγροικόν τε καὶ γεωργικὸν ἀθροίσας πρὸς τὰ Τύανα ἀφικνεῖσθαι ἐκέλευσεν, ὡς τοὺς πολιορκουμένους ἐπαμυνούμενος. τούτους ἀόπλους οἱ Σαρακηνοὶ θεασάμενοι ὁρμῶσι κατ᾽ αὐτῶν, καὶ τοὺς μὲν ξίφει ἀνεῖλον, τοὺς δὲ αἰχμαλώτους συνέλαβον. ἐντεῦθεν θαρραλεώτερον διατεθέντες τῇ προσεδρείᾳ Τυάνων εἴχοντο. οἱ δὲ ἀπορίᾳ δαπανημάτων τῶν πρὸς μάχην ἀπειπόντες, τῆς τε παρὰ βασιλέως βοηθείας οὐκ εὐπορήσαντες, ὁμολογίᾳ ἑαυτοὺς τοῖς ἐχθροῖς παρέδοσαν, καὶ πρὸς τὰ Σαρακηνῶν ἤθη ἀπῴχοντο. ἐξ ἐκείνου λοιπὸν πλείστη τοῖς ἐχθροῖς παρρησία ἐδίδοτο ἀδεῶς τὰς Ῥωμαίων καταληΐζεσθαι χώρας, οὐδενὸς τούτοις ἰσχύοντος ἀντιτάττεσθαι. καί τινα τούτων ἀποδασμὸν εἰς τριάκοντα ἄνδρας περιϊστάμενον ἄχρι Χρυσοπόλεως κατελθεῖν παραθαλάσσιον χωρίον ἄντικρυ Βυζαντίου πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ἱδρυμένον. καὶ τοὺς μὲν αὐτόσε οἰκήτορας ἀποσφάξαι, τὰς δὲ πορθμίδας ἐμπρῆσαι ναῦς.

Ἰουστινιανὸς δὲ ἐν μνήμῃ ἔχων περὶ τῆς γενομένης αὐτοῦ πρὸς Ἀψίμαρον παρὰ τῶν ἐν Χερσῶνι διαβολῆς, ναῦς πολὺ πλείστας καὶ διαφόρους συναγείρας, ἐμβιβάσας παρ᾽ αὐτοῦ ἄχρις εἰς ἑκατὸν χιλιάδας ἀριθμὸν ἀνδρῶν εἰδότας ἔκ τε τῶν στρατιωτικῶν καταλόγων, ἔτι δὲ καὶ τοῦ γεωργικοῦ, καὶ τῶν βαναυσικῶν τεχνῶν, τῶν τε ἐκ τῆς συγκλήτου βουλῆς, καὶ τοῦ τῆς πόλεως δήμου, Στέφανον δέ τινα πατρίκιον τὸ ἐπίκλην Ἀσμίκτον τοῦ τοιούτου στόλου ἡγεμόνα προβαλλόμενος ἐξέπεμψε, προστάξας πάντας τοὺς ἐν Χερσῶνι καὶ Βοσπόρῳ καὶ τοὺς τῶν ἄλλων ἀρχοντιῶν λαοὺς ξίφεσιν ἀνηλωκέναι. Ἡλίαν δὲ τὸν αὐτοῦ δορυφόρον σὺν αὐτῷ ἀπιόντα ἄρχοντα Χερσῶνος ἐγκαταστῆσαι, ἔτι δὲ καὶ Βαρδάνην Ἀρμένιον τῷ γένει ἐξόριστον ἐκεῖσε καταλιπεῖν. Στέφανος δὲ διὰ τῆς Ποντικῆς θαλάσσης πρὸς τὰ ἐκεῖσε περαιωθεὶς τὰ προστεταγμένα ἐπλήρου. μειράκιά τινα ὀλίγα τῷ συνόντι αὐτοῦ λαῷ ὡς δῆθεν αἰχμάλωτα περιποιήσας. τὸν Δοῦνον δὲ τὸν Χερσῶνος ἄρχοντα, καὶ Ζώϊλον πρωτοπολίτην λεγόμενον, καὶ ἑτέρους ἄνδρας τεσσαράκοντα τῶν ἐμφανεστέρων δεσμώτας σὺν γυναιξὶ καὶ παισὶ πρὸς Ἰουστινιανὸν ἐπιπέμψεν. ἄλλους τε τῶν πρωτευόντων Χερσῶνος ἄνδρας ἑπτὰ ξυλίνοις ὀβελοῖς προσαρτήσας ἐπὶ πυρὸς διώπτησε. τοὺς δὲ τῶν ἑτέρων προστατεύοντας πολισμάτων ἄνδρας ἄχρι καὶ εἰς εἴκοσι ἀκατίῳ ἐμβαλὼν καὶ προσδήσας λίθους τε τούτῳ πλείστους τῷ βυθῷ παραδέδωκεν. Ἰουστινιανὸς δὲ φιλανθρωπότερον τὸν Στέφανον διατεθέντα παρὰ τὰ διατεταγμένα αὐτοῦ νομίσας διὰ τὸ τῶν μειρακίων περιποίησιν, σπουδαιότερον ἐπανήκειν πρὸς αὐτὸν ἐκέλευσεν. αὐτὸς δὲ κατὰ τὰ προσαχθέντα ἐκεῖθεν ἀπάρας, μηνὸς Ὀκτωβρίου ἱσταμένου, χειμῶνι μεγάλῳ καὶ ναυαγίῳ περιπίπτει, εἰς τρεῖς καὶ ἑβδομήκοντα χιλιάδας τῶν καταποντωθέντων ἀριθμηθέντων. ὧν τὰ πτώματα ἐξ Ἀμάστριδος πόλεως μέχρις Ἡρακλείας ὑπὸ θαλάσσης ἀπερρίπτετο.

A Ubi dum Romani pabulandi caussa incautius dissipantur, repente superveniens Bulgarus complures occidit, alios captivos abducit. Justinianus cum Anchiali conclusus ac triduum obsessus esset, noctu tandem conscensis navibus aufugit, ac Byzantium evadit. *Edit. Parif. pag. 29.*

Dum hæc adversus Bulgaros geruntur, Saracenorum Rex ingentem exercitum cum Masalmane & Solymane Ducibus ad Tyana obsidenda mittit. IↃCCIV. Qui multis ad eam urbem prælliis gestis, murorum insuper parte machinis disjecta, cum nihil amplius proficerent, discessum parabant, cum ecce ingens rusticorum & agricolarum manus a Justiniano ad solvendam obsidionem mit- B titur. Quos Saraceni inermes conspicati, impetu facto partim gladiis obtruncant, partim captivos abducunt. Quo successu audaciores redditi cœptæ Tyanorum obsidioni pertinacius insistunt. At oppidani necessariarum rerum inopia fracti, nec ullum ab Imperatore subsidium nacti, deditionem faciunt, & ad Saracenorum instituta transeunt. Ex illo tempore plurimum ea res hostium animos erexit, ut Romanorum agros prædationibus ac populationibus impune vexarent, cum nulli satis virium ad resistendum esset. Postremo triginta fere hominum globus Chrysopolin usque (quod oppidum ex adverso Byzantii ad Orientem Solem ad mare si- C tum est) perrumpunt, & oppidanis omnibus jugulatis, navigiis ignem injiciunt.

Justinianus interim delationis istius memor, qua apud Apsimarum a Chersonitis in periculum adductus fuerat, IↃCCIX. classem multarum ac diversi generis navium instituit, in quam centum fere millia hominum imposuit, partim ex militaribus ordinibus, partim ex rustica plebe, aut opificum turba, partim denique ex Senatorio ordine, reliquisque civibus. His omnibus Stephanum Patricium cognomento Asmictum Ducem præposuit, cum mandatis, ut Chersonæ ac Bosphori vicinarumque præfecturarum populos omnes gladiis conficeret. Eliam vero ex Prætorianis, qui D in comitatu erat, Chersonæ præficeret, ibidemque Bardanem quemdam Armenium exulem relinqueret. His acceptis Stephanus Pontico mari in illam regionem invectus, jussa Imperatoris exequitur: paucos juvenes captivorum loco in milites suos dividit. Dunum Chersonæ Præfectum, & Zoilum civitatis principem aliosque triginta circiter ex illustrioribus cum uxoribus & liberis vinctos ad Justinianum mittit, alios Chersonæ facile principes numero septem ligneis verubus alligans ad ignem assavit. Cæterarum porro urbium primores ad viginti ferme in lembum impo- E nens, & ingentes ex eo lapides alligans in mare depressit. Sed Justinianus ob servatos juvenes mollius quæ mandaverat atque humanius a Stephano peracta putans, quamprimum hunc ad se revocat. *pag. 30.* Qui inde ut erat jussus solvens, ineunte Octobri ingruente maxima tempestate naufragium passus est, in quo tria fere & septuaginta millia submersa sunt. Quorum cadavera ab Amastride ad Heracleam usque maris æstus abripuit.

Justinianus his acceptis non modo nihil doluit, sed etiam magnopere gavisus est, adeo ut alteram etiam classem instruere, atque eodem mittere vellet. Sed illarum provinciarum Principes ea re perlata diligenter, quod in ipsis fuit, sese muniunt, & ad Chazares Legatos mittunt, ut ad sui custodiam, eorumque, qui supererant, salutem præsidia submitterent. Hæc ubi Justinianus comperit, Georgium Patricium, & Joannem Præfectum urbis aliosque Principes cum trecentis circiter hominibus destinat, iisque Dunum ac Zoilum commendat, quibus in Imperium restitutis, Heliam ad se perducerent. Igitur cum Chersonem appulissent, oppidani Georgium solum cum principibus, quos secum adduxerat in urbem intromittunt. Inde portis occlusis, eumdem Georgium ac Joannem gladiis obtruncant, milites, qui extra muros relicti erant, cumque iis Dunum ac Zoilum per Chazaros, qui illuc præsidio venerant ad Chaganum transmittunt; quos barbari in itinere interficiunt. Neque his contenti, Chersonitæ probra in Justinianum ac maledicta conjiciunt, ejusque loco Bardanem quemdam exulem Imperatorem salutant. Quare Justinianus majorem in modum exacerbatus primum in Heliæ filios, qui adhuc maternis in ulnis gestabantur, sævitiam exercet. Tum ejus uxorem coquo suo Indo genere toto corpore deformissimo per vim nuptui tradit. Alia rursus magna classe confecta, Maurum Patricium præfecit. Qui Chersonem funditus delere ac cives omnes nullo discrimine interficere jussus, trajecto mari impigre rem aggressus est. Sed irrumpentes repente Chazari urbem ab exitio vindicant. Bardanes vero ad Chazarorum Principem confugit. Interim Maurus Patricius, cum neque obsidionem urgere posset, nec redire ad Imperatorem auderet, cum Chersonitis conspirans, Justinianum pariter cum illis rejicit, & Bardanem Imp. proclamat, quem mutato nomine Philippicum appellant. Tum eumdem per Legatos a Chazaro reposcunt. Qui centum aureis viritim a Romanis exactis de Bardanis salute jusjurandum dedit.

Edit. Paris. pag. 32.

Inter hæc Justinianus elapso jam tempore proditum se ab illis suspicans, etiam tum a Terbeli Bulgarorum Rege auxilium postulat: a quo tribus ferme millibus acceptis, copiisque omnibus una cum Obsequianis trajectis in eo campo, quem Damatryn vocant, castrametari jubet. Ipse cum ducibus aliaque armatorum manu ad Ponticos fines occurrit Ginglissum usque maritimum vicum, ut de his quæ ad Chersonam gesta fuerant, certi quidpiam comperire posset. Ubi aliquantum commoratus, cum ejusmodi navales copias Byzantium cum Imperatore Philippico navigantes vidisset, Damatryn ad exercitum rediit. Philippicus sine pugna urbem ingreditur: ac statim Heliam cum armaturis contra Justinianum mittit. Qui omnibus, qui cum Justiniano erant, data fide vitam ac salutem concessit: Bulgaris vero ut sine fraude ad suos redirent permisit. Tum Justiniani caput sexto anno quam imperare secundo cœperat præcidit, & ad Philippicum mittit. Hoc ille accepto

A Ἐφ' οἷς οὐ λυπηθεὶς, ἀλλὰ λίαν περιχαρὴς γενόμενος Ἰουστινιανὸς, πάλιν βούλεται ἕτερον ἐκεῖσε ἐκπέμπειν στόλον. οἱ δὲ τῶν χωρῶν τούτων ἄρχοντες τῆς φήμης αἰσθόμενοι ἑαυτοὺς ὅση δύναμις ἠσφαλίζοντο. πρὸς δὲ τοὺς Χαζάρους διαπρεσβεύονται, ὥστε ἐπὶ φυλακὴν τούτων λαὸν ἀποστέλλειν, καὶ περισώζειν τοὺς ἐν αὐτοῖς περιλειφθέντας. ταῦτα Ἰουστινιανὸς μεμαθηκὼς Γεώργιον τὸν Πατρίκιον ἀποστέλλει, καὶ Ἰωάννην τὸν τῆς πόλεως ὕπαρχον, σὺν ἑτέροις ἄρχουσι, καὶ στρατῷ ἄχρι τριακοσίων ἀνδρῶν, παραδοὺς αὐτοῖς τὸν Δοῦνον καὶ Ζώϊλον, ὥστε ἀποκαταστῆσαι αὐτοὺς ταῖς οἰκείαις ἀρχαῖς· Ἠλίαν δὲ ἀγαγεῖν ὡς αὐτόν. τούτων δὲ Χερσῶνι παραγενομένων, οἱ τῆς πόλεως μόνον Γεώργιον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἄρχοντας ἀξιοῦσιν ἐντὸς γενέσθαι τῆς πόλεως. οὗ γεγονότος τὰς μὲν πύλας ἐπ' αὐτοῖς ἔκλεισαν. B Γεώργιον δὲ καὶ Ἰωάννην ξίφει ἀναιροῦσι. τοὺς δὲ ἔξω τοῦ τείχους ἀπολειφθέντας στρατιώτας, ἔτι δὲ καὶ τὸν Δοῦνον καὶ Ζώϊλον τοῖς ἐκεῖσε προσεδρεύουσι Χαζάροις παραδόντες τῷ Χαγάνῳ παραπέμψαι. οὓς παραλαβόντες οἱ Χάζαροι κατὰ τὴν ὁδὸν ἀπέκτειναν. οἱ δὲ τῆς πόλεως Χερσῶνες Ἰουστινιανὸν μὲν αἰσχρῶς δυσφημήσαντες καθύβριζον. Βαρδάνην δὲ τὸν ἐκεῖσε ὄντα ἐξόριστον εἰς βασιλέα εὐφήμουν. τούτων αἰσθόμενος Ἰουστινιανὸς καὶ μείζονι θυμῷ ἐξαπτόμενος τὰ μὲν Ἠλία τέκνα τῷ μητρῴῳ κόλπῳ φερόμενα ἀναλίσκει, τὴν δὲ αὐτοῦ γυναῖκα τῷ ἰδίῳ μαγείρῳ ζευχθῆναι ἠνάγκασεν, Ἰνδῷ τὸ γένος, καὶ ὅλως δυσειδεῖ τυγχάνοντι. ἕτερον δὲ πάλιν μέγαν στόλον ἀποστέλλει ἡγεῖσθαι τούτου προχειρισάμενος Μαῦρον C τὸν Πατρίκιον, προστάξας τὴν μὲν πόλιν Χερσῶνος καταστρέφεσθαι, καὶ ἅπαντας τοὺς ἐν αὐτῇ ἀφειδῶς κατακτεῖναι. ὁ δὲ πρὸς Χερσῶνα περαιωθεὶς τοῦ ἔργου εἴχετο. λαοῦ δὲ Χαζάρων ἐξαπιναίως ἐπιπεσόντος, ἡ μὲν πόλις περιεσώζετο. Βαρδάνης δὲ ὡς τὸν κύριον Χαζάρων φυγὰς ᾤχετο. Μαῦρος δὲ ὁ Πατρίκιος πρὸς μὲν τὴν πολιορκίαν ἀμηχανήσας, παλινοστεῖν δὲ πρὸς Ἰουστινιανὸν δεδιὼς, συμφρονεῖ τῇ πόλει Χερσωνιτῶν· καὶ Ἰουστινιανὸν μὲν [illegible], Βαρδάνην δὲ ὡς βασιλέα εὐφήμουν, Φιλιππικὸν αὐτὸν μετονομάσαντες· καὶ πρὸς τὸν Χάζαρον διαπρεσβεύονται τοῦτον πρὸς αὐτοὺς ἀποκαλέσαι. ὁ δὲ ὅρκοις ἐμπεδοῖ τὸ Ῥωμαϊκὸν πλῆθος περὶ τῆς Βαρδάνου σωτηρίας χρήματα αὐτοὺς πραξάμενος κατ' ἄνδρα ἑκατὸν D νομίσματα εἰληφώς.

Ἰουστινιανὸς δὲ χρόνου παρερχομένου ὑπώπτευσεν ὡς καὶ παρ' αὐτῶν ἠθετημένος εἴη. διὰ τοῦτο αἱρεῖται Τέρβελιν τὸν ἄρχοντα τῶν Βουλγάρων καὶ τηνικαῦτα συμμαχεῖν αὐτῷ. ὁ δὲ πέμπει πρὸς αὐτὸν ἄνδρας ὡς τρισχιλίους· οὓς δεξάμενος συμπεραιοῦται αὐτοῖς. καὶ ἅμα τῷ τῶν Ὀψικίου λεγομένῳ στρατῷ εἰς τὸ καλούμενον πεδίον τοῦ Δαματρὺ ἱδρύσασθαι παρακελεύεται. αὐτὸς δὲ τούς τε ἄρχοντας ἑαυτοῦ καὶ στρατὸν ὁπλιτῶν ὕστερον παραλαβὼν, πρὸς τοὺς Ποντικοὺς ἐξέδραμε χώρους, ἄχρι παραθαλασσίου κώμης Γιγγλίσου ὀνομαζομένης· ὥστε ἀναμανθάνειν οἷα τὰ ἐν Χερσῶνι αὐτῷ ἐπραγματεύετο. E Ἐπὶ χρόνον δέ τινα ἐκεῖσε διατρίψας καὶ θεασάμενος τὸν τοσοῦτον στόλον σὺν τῷ Φιλιππικῷ βασιλεύσαντι πρὸς Βυζάντιον καταίροντα, πρὸς τὸν καταλειφθέντα αὐτῷ λαὸν καὶ τὸν Δαματρὺ παλινοστεῖ. Φιλιππικὸς δὲ πολέμου ἐκτὸς εἰς τὴν πόλιν εἰσῄει. καὶ αὐτίκα Ἠλίαν σὺν ὁπλίτῃ λαῷ κατὰ Ἰουστινιανοῦ ἀποστέλλει. ὃ καὶ αὐτὸς τῷ μὲν συνόντι Ἰουστινιανῷ πλήθει ὅρκους τοὺς τῆς σωτηρίας ἐβεβαίωσε. καὶ τὸν τῶν Βουλγάρων λαὸν σώους ἐπανήκειν ὑπέσχετο.

αὐτοῦ

A αὐτοῦ δὲ Ἰουστινιανοῦ τὴν κεφαλὴν ἐκτέμνει, ἤδη ἔτος ἕκτον ἀνύσαντος ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ βασιλείᾳ, καὶ πρὸς Φιλιππικὸν ἐκπέμπει. ὁ δὲ ταύτην δεξάμενος πρὸς τοῖς ἑσπερίοις τόποις ἄχρι Ῥώμης ἀπέστελλε. Μαῦρον δὲ τὸν Πατρίκιον καὶ Ἰωάννην τὸν βασιλικὸν δορυφόρον, ἐπίκλην Στρουθὸν κατὰ Τιβερίου τοῦ υἱοῦ Ἰουστινιανοῦ ἐξέπεμψεν. ὃν καταλαμβάνουσιν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ καταφυγόντα τοῦ ἱεροῦ τῆς παναγνοῦ Θεομήτορος τοῦ ἐν Βλαχέρναις ὄντος. ἐν ᾧ εἰσπηδήσας Ἰωάννης ἀφέλκεται τῆς ἱερᾶς ἐξημμένον τραπέζης, μήτε τὰ ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου εὐλαβηθείς, μήτε τοῖς πολλοῖς δάκρυσιν Ἀναστασίας τῆς αὐτοῦ μάμμης εἴξας· παρῆν γὰρ καὶ αὐτὴ τῷ ἐγγόνῳ συγκινδυνεύουσα. καὶ τοῦτον εἰς τὴν καλουμένην τῶν Καλλινίκων, ζώων ἀλόγων δίκην μαχαίρᾳ ἀποσφάττουσιν, ἐν τῷ ἱερῷ τῶν θείων Ἀναργύρων τῶν καλουμένων τῶν Παυλίνης ταφῆναι B προστάξαντες. μεθ' ὃν συλλαμβάνονται καὶ Βαρασβακούριον, καὶ τοὺς λοιποὺς Ἰουστινιανοῦ ἄρχοντας, καὶ πάντας ξίφει ἀναιροῦσι.

Φιλιππικὸς δὲ ἀσέμνως καὶ ῥᾳθύμως τὰ βασίλεια διέπων ἐφαίνετο. τοὺς δὲ ἐν τῇ ἕκτῃ οἰκουμενικῇ συνόδῳ Πατέρας ἀναθέματι καθυπέβαλε, τὰ παρ' αὐτῶν εὐθέως δογματισθέντα δύο τοῦ σωτῆρος θελήματα καὶ ἐνεργείας μὴ ἀποδεχόμενος. συλλήπτορα εὑρίσκων Ἰωάννην τὸν τηνικαῦτα τῆς πόλεως Ἀρχιερέα, καὶ Γερμανὸν τὸν Κυζίκου μητροπολίτην, καὶ ἑτέρους ἱερεῖς καὶ συγκλητικοὺς πλείστους.

Ἐν τούτοις τῶν Βουλγάρων ὁπλίτης ὅμιλος ἀθρόως τοὺς ἐν τῷ Θρᾳκικῷ Βοσπόρῳ οἰκοῦντας ἐπεισπίπτει· καὶ λαὸν πλεῖστον, καὶ σκεύη οὐκ ὀλίγα παρ' αὐτῶν προσκτησάμενοι, ἀδείας δὲ αὐτοῖς C προσγινομένης, καὶ πρὸς τῷ Χερσαίῳ τείχει τῆς πόλεως σκεδάννυνται, ἄχρι καὶ τῆς χρυσῆς καλουμένης πύλης προεκδραμόντες. ἐκεῖθεν ὑπονοστήσαντες, πολλὰ τὰ ἐπὶ Θρᾴκης χωρία καταληΐζονται. μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τὸ τῶν Σαρακηνῶν ἔθνος τὴν τῶν Ῥωμαίων κατέθεον χώραν· καὶ τὰ πλεῖστα μέρη διατρέχοντες, πλείστην ὅσην βλάβην ἀνθρώπων τε καὶ κτηνῶν ἐποιοῦντο· τήν τε Μήδειαν καὶ ἕτερα πολίσματα συμπαραλαμβάνουσι. Φιλιππικὸς δὲ γενέθλιον τῆς πόλεως ἡμέραν ἐπιτελέσας, καὶ ἁμιλλητήριον τῶν ἵππων ἀγῶνα ἐπιδειξάμενος, εἶτα τοὺς φίλους συμποσιάσας, εἰς ὕπνον κατὰ τὸν μεσημβρινὸν τῆς ἡμέρας καιρὸν ἐτράπετο. συμβαίνει δέ γε αὐτῷ τὰ τῆς ἐπιβουλῆς ἐντεῦθεν. Γεώργιός τις ὄνομα τὸ ἐπίκλην Βούραφος, D Πατρίκιος τυγχάνων, καὶ τοῦ Ὀψικίου στρατοῦ ἡγούμενος, πρὸς τῇ Θρᾴκῃ τηνικαῦτα ἐπιδημῶν φυλακῆς ἕνεκα τῆς χώρας, διὰ τὴν τῶν Βουλγάρων καταδρομήν, γνώμῃ Θεοδώρου τοῦ Πατρικίου τὸ ἐπίκλην Μυακίου πέμπει τῶν ὑπηρετῶν τινα, Ῥοῦφον ὄνομα, σὺν ὀλίγοις στρατιώταις πρὸς τὸ Βυζάντιον τὰ πρὸς τὴν Φιλιππικοῦ ἐπιβουλὴν ἐπιτελέσοντα. ὃς ἀθρόως κατὰ τὰ βασίλεια ἐπεισπίπτει· καὶ τὸν βασιλέα καθεύδοντα καταλαβών, ἐξανίστησί τε τοῦ ὕπνου, καὶ πρὸς τὸν τοῦ Ἱπποδρομίου ἐξάγει χῶρον. κἀκεῖσε αὐτοῦ τὰς ὄψεις ἀπετύφλωσε, δεύτερον ἔτος ἐν τῇ βασιλείᾳ διάγοντα. τῇ ἐπαύριον ἡμέρᾳ, ἣν τῆς Πεντηκοστῆς ἑορτάσιμος, ἀθροισθεὶς ὁ τῆς πόλεως ἅπας δῆμος πρὸς τὸ ἱερὸν τοῦ θείου λόγου τέμενος, ἀναγορεύουσιν εἰς βασιλέα Ἀρτέμιον Φιλιππικοῦ γραμματέα, ὃν τῇ Ἰταλῶν φωνῇ καλοῦσιν ἀσηκρῆτις, E ἐπονομάσαντες αὐτὸν Ἀναστάσιον. ὀλίγων δὲ ἡμερῶν διελθουσῶν, τυφλοῦσι Θεόδωρον τὸν Πατρίκιον, ὡσαύτως καὶ Γεώργιον. καὶ τοῦτον ἐξόριστον ἐν Θεσσαλονίκῃ πέμπουσιν.

Ἀναστάσιος δὲ δι' ἐπιμελείας τὰ πολεμικὰ πράγματα εἶχε, καὶ ἄρχοντας ἱκανοὺς πρὸς τὰς τούτων διοι-

in Occidentem Romam usque perferri jubet. Inde Maurus Patricius & Joannes e Schola Palatina cognomento Struthus, contra Tiberium Justiniani filium missi sunt: quem in templo castissimæ Dei matris, quod in Blachernis est ad aram quo ille confugerat, reperiunt. Eo igitur Joannes irrumpens sacræ mensæ nequicquam hærentem abducit, nihil neque loci religione, neque Anastasiæ illius aviæ lacrymis commotus. Aderat enim periculi cum nepote particeps ac socia. Tum in eo loco qui Callinicorum dicitur, pecudis more jugulatum in sanctorum Anargyrorum, quos Paulinæ nuncupant, templo sepeliri jubent. Cum eo comprehensus pariter Barasbacurius cæterique Justiniani duces, & ad unum gladio cæsi.

Post hæc Philippicus Imperium turpiter ac negligenter administrat, & IↃCCXII. eos Patres qui in sexta Oecumenica Synodo convenerant anathemate condemnat, quæ ab iis de duplici Christi Domini voluntate & actione decreta erant improbans. Qua in re adjutorem nactus est Joannem Constantinopolitanum Patriarcham, & Germanum Cyzici Metropolitanum, aliosque tam sacerdotes quam Senatores plurimos.

Inter hæc Bulgarorum exercitus Bosphori Thraciæ accolas subita eruptione nec opinantes aggressi sunt. Tum plerisque captivis ac copiosa suppellectile *Edit. Parisj.* comparata animosiores facti ad usque *pag. 32.* murum urbis qui continentem respicit, dispersi, sub ipsam portam, quam Auream vocant, excurrunt. Inde regressi, Thraciæ loca prædationibus infesta habuerunt. Accessit ad hæc mala Saracenorum incursio, qui per Romanos agros longius evagati, & usquequaque diffusi, plurimum damni hominibus ac pecoribus intulerunt. Capta tum ab iis Medea, cum aliis nonnullis oppidis. Interim Philippicus, celebrato urbis natali, atque equestri spectaculo dato, cum amicis epulum præbuisset, meridiandi causa secessit. Quo tempore factis hunc in modum insidiis oppressus est. Georgius cognomento Buraphus Patricius, & Obsequianis copiis præfectus, per illud tempus in Thracia erat præsidii causa, quo eam provinciam a Bulgarorum incursione defenderet. Hic igitur Theodori Patricii, cui Myacio cognomen erat, consilio Rufum quemdam ex officio suo, cum exigua manu Byzantium mittit, ut quæ contra Philippicum moliti fuerant perficeret. Hic repentino impetu ad Palatium advolans, Imperatorem dormientem offendit: statimque a somno excitatum ad Hippodromum deducit, ubi oculis illum privavit anno ejus Imperii secundo. Postridie, cum Pentecostes festum ageretur, universa populi multitudo ad sacrum divini Verbi templum confluens, Artemium Philippici notarium (quem IↃCCXIII. Latini a secretis nominant) Imperatorem proclamat, eidemque Anastasii nomen imponit. Paucis inde diebus elapsis Theodoro Patricio ac Georgio oculos eruunt, huncque ipsum Thessalonicam in exilium deportant.

At Anastasius totus in bellicas res incumbere cœpit, & ad earum administrationem duces ac præfectos quamplurimos constituit. Quæ cum Saraceno-

rum principi comperta forent, nova subinde consilia molitus, adversus Romanos expeditionem comparat. Ad quem Imperator Danielem Patricium urbis Præfectum e Synope, ubi tum morabatur, destinat, per speciem impetrandæ pacis, reipsa autem, ut omnem illius contra Romanos apparatum exploraret. Qui reversus gentem illam cum ingenti equitatu classeque maxima parare Romanos fines expeditionem nuntiat. Quibus auditis Imperator omnibus qui in urbe erant, qui quidem necessarios sumptus ad triennium haberent, manendi potestatem facit, reliquis, quibus tantum non suppeteret, abire quoquo velint permittit. Ipse muros diligentius reficere, machinas ad bellum comparare, necessarias omnes copias in urbe congerere, ceteris quibus contra hostium impetus opus erat munire illam atque instruere.

Edit. Paris. pag. 33.

Interim cum jam rumor percrebuisset, Saracenorum classem cædendæ ad navium fabricam cupressinæ materiæ caussa, Aleaandria in Phœnicem trajicere, Imperator expedita navigia colligens, in ea contractum ex Obsequiana regione exercitum imponit, & ad Rhodum insulam mittit: eo reliquam Romanorum classem convenire jubet. Summæ deinde rei Joannem præficit magnæ Ecclesiæ Diaconum, & Curatorem publicorum vectigalium, quem generalem Logothetam appellare vulgo solent, virum prudentem, & multarum rerum experientia præditum. Hic universæ classi præpositus, cum Rhodum venisset, quæ in mandatis habebat exposuit. Ad hæc assentientibus omnibus, & ad navigandum paratis, soli Obsequiani profectionem illam metuebant. Qui tandem seditione facta eo progressi sunt, ut maledictis in Anastasium Imp. conjectis, Joannem ipsum Diaconum gladio peremerint. Ea re facta, tota classis huc illucque dissipata, singuli in patriam suam reversi sunt. At rebellium copiæ, dum & ipsæ quoque patriam repetunt, & ad Adramytium applicant, illic forte Theodosium quemdam publicorum vectigalium exactorem inveniunt, quietum hominem, ac privatum, eumque ad capessendum

IↃCCXV. Imperium hortantur. Ille fuga elapsus in monte delituit. Sed accurrentes illi ac vim inferentes Imperatorem salutant, ac secum perducunt.

Hæc ubi Anastasius comperit, Byzantio munitionibus firmato, Nicæa in Bithyniam profectus est. Ibi omnibus se præsidiis instruxit. Interim Theodosii copiæ Obsequianum omnem exercitum ac multas negotiatorum naves occupant: mosque, ut paulo ante relatum est, ad maritimam stationem Chrysopolitanæ urbis applicant. Inde oppugnare eam aggressi, sex mensibus in obsidione persistunt. Quæ dum geruntur, Anastasii classis ad navale (id urbis portui nomen est) appellit. Theodosiana vero classis liberam ea re facultatem nacta, in Thraciam navigans eam provinciam obtinuit. Post hæc quorumdam proditione, quos pretio corruperant, per portam, quæ Blachernarum dicitur, in urbem ingressi sunt. Tum sequenti nocte per civium domos grassati, magnam iis vastitatem inferunt. Theodosius porro urbanos omnes magistratus cum Germano Patriarcha ab urbe dimittit, ut

pag. 34.

A αἴσεις καθίςα. αἰσθόμενος δὲ ὁ τῶν Σαρακηνῶν βασιλεὺς βουλὰς ἐκίνει ὡς κατὰ τῆς Ῥωμαίων χώρας στρατευσόμενος. ἀποστέλλει δὲ πρὸς αὐτὸν Δανιὴλ τὸν Πατρίκιον ἀπὸ τῆς Σινωπιτῶν ὁρμώμενον πόλεως, ὕπαρχον τηνικαῦτα τῆς βασιλίδος ὑπάρχοντα, ὡς δῆθεν τὰ τῆς εἰρήνης ἐπικηρυκευσόμενον, τῷ ὄντι δὲ διοπτευσόμενον οἷα αὐτοῖς τὰ κατὰ Ῥωμαίων ἐξαρτύετο. ὃς ἐπανήκων ἐπήγγειλε μεγίστην ἔσεσθαι τοῦ ἔθνους διά τε ἱππικοῦ καὶ πλοΐμων στρατευμάτων τῆς Ῥωμαϊκῆς πολιτείας καταδρομήν. ὁ δὲ ἀκούσας ἑκάστῳ τῶν ἐν τῇ πόλει ὡς εἴ τις τῶν ἀναγκαίων εὐπορήσει ἐπὶ τριετῆ χρόνον διαρκούντων αὐτῷ, μένειν· ὁ δὲ τούτων ὑστερῶν ἔνθα ἂν βούλοιτο, ἀποτρέχειν. τὰ δὲ τείχη τῆς πόλεως ἐπιμελέστερον καινίζει, καὶ τὰ πολεμιστήρια B ὄργανα κατασκευάζει, πλεῖστα δαπανήματα τῇ πόλει ἀποθέμενος, καὶ ἑτέροις οἷς αὐτὴ πρὸς πολεμίων ἐφόδου ταύτην κατοχυρώσας.

Φήμης δὲ γενομένης, ὡς ὁ τῶν Σαρακηνῶν στόλος ἀπὸ Ἀλεξάνδρου πόλεως ἐπὶ * τὸν Φοίνικα παραγένοιτο, ναυπηγησίμοις ξύλοις κυπαρισσίνοις ἕνεκεν ἐκλέγεται σκάφη ταχυπλόϊμα· στρατόν τε ἐν αὐτοῖς ἐγκαταλέγει ἐκ τῶν τῆς χώρας τοῦ καλουμένου Ὀψικίου, καὶ πρὸς τὴν νῆσον τῇ Ῥόδῳ ἀποστέλλει· κἀκεῖσε ἀθροισθῆναι καὶ ἄλλα Ῥωμαϊκὰ πλόϊμα συνέταξε. τούτοις ἡγεμόνα ἐφίστησιν Ἰωάννην Διάκονον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ τὸν δημοσίων φόρων λογιστήν, ὃν Λογοθέτην γενικὸν οἶδε καλεῖν ἡ συνήθεια, ὑπάρχοντα ἔμφρονά τε καὶ ἔμπειρον καθεστάμενον, C ὅστις τὸν ἅπαντα παρέλαβε στόλον. ὃς πρὸς τῇ Ῥόδῳ γενόμενος, καὶ τὰ ἐντεταλμένα ἀπαγγέλλων, καταπεισθεὶς εὑρίσκει καὶ προθύμους πρὸς τὸν ἔκπλουν ὑπάρχοντας τοὺς συνειλεγμένους ἅπαντας· μόνοι δὲ οἱ παραγενόμενοι τοῦ Ὀψικίου στρατοῦ τὴν τοιαύτην ὁδοιπορίαν δεδοίκασι. στασιάζουσιν οὖν ἐξ αὐτοῦ, καὶ τὸν μὲν βασιλέα Ἀναστάσιον ἐδυσφήμουν, Ἰωάννην δὲ τὸν Διάκονον ῥομφαίᾳ ἀναλίσκουσιν. ἐντεῦθεν λοιπὸν οἱ στόλοι σκεδάννυνται, καὶ πρὸς τὰ οἰκεῖα ἀπέπλευσαν ἕκαστος. αὐτοὶ δὲ ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν ἀνιόντες, καὶ πρὸς τὸ Ἀδραμύττιον γενόμενοι, ἐκεῖσε εὑρίσκουσι Θεοδόσιον τινὰ ὄνομα, τῶν δημοσίων φόρων πράκτορα, ἀπράγμονά τινα, καὶ ἰδιώτην τυγχάνοντα, καὶ πρὸς τὴν τῆς βασιλείας ἀξίαν προτρέπουσιν. ὁ δὲ φυγὰς ᾤχετο, καὶ εἰς ὄρος κατεκρύπτετο. αὐτοὶ δὲ ἐπιδραμόντες καὶ βια- D σάμενοι βασιλέα τε ἀναγορεύουσι, καὶ μεθ' ἑαυτῶν ἄγουσι.

Ταῦτα Ἀναστάσιος μεμαθηκὼς τὸ μὲν Βυζάντιον ἤδη προκατοχυρώσας, ἐν τῇ πόλει Νικαίας τῆς κατὰ Βιθυνίαν ἐξέρχεται, κἀκεῖσε ἑαυτὸν κατασφαλίζεται. ὁ δὲ μετὰ Θεοδοσίου στρατὸς συλλαβὼν ἅπαντα τὸν τοῦ Ὀψικίου στρατόν, καὶ πλεῖστα σκάφη ἐμπορικὰ, καὶ κατὰ τὸ ἤδη καὶ πρόσθεν εἰρημένον, παραθαλασσίῳ χωρίῳ Χρυσοπόλεως παραγίνεται. ἐκεῖθέν τε ἐφ' ἑκάστῃ τοῖς ἐκ τῆς πόλεως πόλεμον προσέβαλλον, ἐπὶ μησί τε ἓξ τὰ τῆς μάχης διήρκεσε. καὶ ὁ τοῦ Ἀναστασίου στόλος πρὸς τῷ νεωρίῳ τῆς πόλεως καλουμένῳ λιμένι κατῆρε. ὁ δὲ τοῦ Θεοδο- E σίου στόλος ἀδείας ἐπιλαβόμενος διαπορθμεύεται πρὸς τὰ Θρᾳκῷα, καὶ τούτων ἐκράτησεν. ἐπὶ προδοσίᾳ δέ τινας ὑποφθείραντες, διὰ τῆς πύλης τῆς καλουμένης Βλαχερνῶν, τὴν πόλιν εἷλον. καὶ νυκτὸς ἐπιγενομένης εἰς τοὺς οἴκους τῶν πολιτῶν εἰσδραμόντες, μεγίστην αὐτοῖς βλάβην εἰργάσαντο. τοὺς δὲ ἐν αὐτῇ ἄρχοντας ἅμα Γερμανῷ τῷ τηνικαῦτα ἱε-

* f. τὴν

ράρχῃ τῆς πόλεως ἀποστέλλει, ὡς τὰ πεπραγμένα αὐτῷ πιστωσάμενος Ἀναστασίῳ. ὁ δὲ τούτοις ἤδη λόγον ᾔτησεν, ὡς μήτε τι κακὸν πάθῃ. καὶ τὸ μοναχικὸν περιβαλόμενος σχῆμα πρὸς Θεοδόσιον ᾤχετο· ὁ δὲ ἕτερον μηδὲν βλάψας, κατὰ τὴν Θεσσαλονίκην ἐξόριστον ἔπεμψεν.

Ἐπεὶ οὖν πυκναὶ τῶν βασιλέων ἐπαναστάσεις ἐγένοντο, καὶ ἡ τυραννὶς ἐκράτει, τά τε τῆς βασιλείας καὶ τῆς πόλεως κατημελεῖτο καὶ διέπιπτε πράγματα. ἔτι μὴν καὶ ἡ τῶν λόγων ἠφανίζετο παίδευσις, καὶ τὰ τακτικὰ διελύετο. ἐξ ὧν συνέβαινε καὶ τοὺς πολεμίους τῆς τῶν Ῥωμαίων κατατρέχειν ἀδεῶς πολιτείας· φόνοι τε πολλοὶ καὶ ἀπαγωγαὶ καὶ πόλεων ἁλώσεις. ἐντεῦθεν καὶ οἱ Σαρακηνοὶ ὁρμῶσι κατ' αὐτῆς τῆς βασιλευούσης, διὰ τῆς ἠπείρου στέλλοντες ἐκ διαφόρων ἐθνῶν τῶν ὑπὸ χεῖρα ἱππικά τε καὶ πεζικὰ στρατεύματα ἀριθμοῦ κρείττονα. ὡσαύτως καὶ στόλον πολὺν ἀπέστειλαν ἄχρι καὶ εἰς χιλίας ὀκτακοσίας ναῦς, ἡγεμόνα τούτων τινα καταστήσαντες Μουσαλμὰν τῇ σφῶν διαλέκτῳ καλούμενον.

Ταῦτα μαθόντες οἱ στρατιωτικοὶ καὶ πολιτικοὶ ἄρχοντες καὶ τὴν τοῦ Θεοδοσίου ἀπειρίαν, καὶ ὡς οὐχ ἱκανῶς ἔχει τὰ πρὸς τοὺς πολεμίους ἀντικαθίστασθαι, ἐφίστανται αὐτῷ παραινοῦντες τὴν βασιλείαν παραιτήσασθαι, καὶ ἀβλαβῶς ἰδιωτεῦσαι. καὶ αὐτὸς ὑπεχώρει, ἐνιαυτὸν ἕνα ἐν τῇ βασιλείᾳ διαρκέσας. εἶτα εἰς ψῆφον ἐληλυθότων τοῦ βασιλεύσοντος, αἱρέθη Λέων ὁ Πατρίκιος τηνικαῦτα στρατηγὸς ὢν τοῦ τῶν ἀνατολικῶν λεγομένου στρατοῦ, καὶ ὡς ἦν ἔθος βασιλεῦσι διὰ προπομπίου δοχῆς διὰ τῆς χρυσῆς καλουμένης πύλης εἰς τὸ Βυζάντιον εἰσελαύνει, καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ γενόμενος, ἐκεῖσε τὸν τῆς βασιλείας ἀνεδήσατο στέφανον.

Ὁ δὲ τῶν Σαρακηνῶν λαὸς πλεῖστα τῶν Ῥωμαίων καθελὼν πολίσματα καταλαμβάνει τὴν Πέργαμον καλουμένην πόλιν. καὶ ἤδη τῆς πρὸς αὐτὴν πολιορκίας εἴχοντο. καὶ ταύτην αἱροῦσιν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. ἔκ τινος δαιμονικῆς ἐπινοίας οἱ τῆς πόλεως ἔνδον πρωτοτόκον κόρην λαβόντες ἐγκυμονοῦσαν, καὶ ἤδη πρὸς τὸ τεκεῖν ἐγγίζουσαν, ταύτην τε ἀνέτεμον, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ βρέφος ἄραντες ἐπὶ λέβητος ὕδατι ἕψουσι. ἐφ' οὗ οἱ πρὸς τὸ πολεμεῖν τοῖς ἐχθροῖς παρεσκευασμένοι, τὰς χειρίδας τῶν δεξιῶν χειρῶν κατεβάπτισαν. ἐκεῖθέν τε τὰ ἐξ ὀργῆς τοῦ Θεοῦ κατελάμβανεν. αἱ γὰρ χεῖρες ἐφάπτεσθαι ὅπλου διείργοντο, καὶ ἀπρακτούντων οἱ πολέμιοι τὴν πόλιν εἷλον ἀμαχητί. ἐκεῖθεν ἄραντες οἱ Σαρακηνοὶ πρὸς τοῖς στενοῖς τῆς Ἀβύδου καταλαμβάνουσι, καὶ εἰς τὰ ἐπὶ Θρᾴκης ἀντιπεραιοῦνται. καὶ πλεῖστα ταύτης ἑλόντες πολίσματα, ἐπὶ τὴν βασιλεύουσαν ἀφίκοντο. καὶ χάρακα ταύτῃ περιβάλλουσι, καὶ τῆς πολιορκίας εἴχοντο, τρεισκαιδεκαμηνιαῖον χρόνον ἐν τῇ προσεδρείᾳ διανύσαντες, ἰδέας μηχανημάτων ὡς πλείστας προσενέγκαντες. ἐν τούτῳ καταλαμβάνει καὶ ὁ τῶν Σαρακηνῶν στόλος, οὗ ἡγεῖτο Σολυμὰν ὀνόματι Ἀράβων φωνῇ καλούμενος. ἐν ᾧ δὲ τὸν ὑπὸ τὸ Βυζάντιον πόρον ἀνήγοντο αἱ κατόπιν ἰοῦσαι νῆες, οἷάπερ στοπφυλακοῦσαι καὶ φόρτῳ πολλῷ βεβαρημέναι ἔκ τε στρατιωτῶν πλήθους καὶ ὅπλων, καὶ ἅμα μικροῦ πνεύματος ἀντιπνεύσαντος, καὶ τοῦ ῥείθρου εἰς τοὐπίσω ἄγεσθαι βιαζομένου, σχολαιότερον ἐπέπλεον. ταύτας ὁ βασιλεὺς θεασάμενος διήρεσιν ἐπιβὰς καὶ διέκπλους ποιησάμενος πυρὶ κατέφλεξεν οὔσας τὸν ἀριθμὸν εἴκοσι. ὁ δὲ λοιπὸς ἅπας στόλος τῷ Θρᾳκικῷ προσπλεύσας Βοσπόρῳ τῷ λιμένι τῷ καλουμένῳ Σωσθενείῳ προσορμίζεται, καὶ αὐτοῦ διεχείμαζεν.

Ἐν ᾧ συμβέβηκε χειμῶνα μέγιστον γενέσθαι, ὥστε μη-

A quæ gesta erant ad Anastasium perferrent. Is accepta fide nihil se mali passurum, monachorum habitu vestitus ad Theodosium se contulit, a quo nullo alio malo affectus Thessalonicam deportatus est.

Dum assiduæ hunc in modum contra Imperatores conjurationes existunt, dumque invalescente tyrannide Imperii status ac reipublicæ negligitur, ac paulatim in deterius prolabitur, una & litterarum studia restingui atque intercidere cœperunt, nec minus disciplina militaris pessundari. Ita factum, ut Romanum Imperium bellis impune lacesseretur, ac cædes passim promiscue & abductiones hominum, & urbium eversiones fierent. Accessit ad horum malorum cumulum Saracenorum irruptio, qui IↃCCXVI.
B contra regiam urbem terrestri expeditione facta, infinitas equitum ac peditum copias ex subjectis sibi gentibus collegerant. Eodemque tempore classem ingentem mille octingentarum navium circiter miserant, Duce Musalmano: Ita enim gentili eum lingua vocabant.

Quibus rebus cognitis, tam militiæ præfecti, quam civiles magistratus, cum Theodosii imperitiam animadverterent, neque tantis hostium viribus sustinendis parem esse scirent, instare atque hortari cœperunt, ut Imperio sese abdicaret, ac tuto se in ordinem cogi pateretur. Nec conditionem abnuit ille, sed anno Imperii vertente sponte se abdicavit. Inde de successore deligendo consilium ineunt, ac tum forte Leo Patricius oblatus est
C Orientalibus copiis ea tempestate præfectus. Hic igitur (ut Imp. solent) solemni pompa susceptus, Aurea porta Byzantium ingreditur, atque in majore Ecclesia Imperatoriam coronam accipit.

At Saraceni multis Romanorum oppidis eversis, Pergamum insuper occupant: quam cum aliquamdiu obsedissent, hanc ob causam in suam potestatem redigunt. Oppidani furore quodam mali dæmonis correpti prægnantem puellam, quæ tum primum uterum ferebat, jam vicinam partui consecant, ac detractum utero fœtum in aquæ caldario percoquunt. Dehinc milites omnes dextræ manus digitos in vas illud immergunt. Verum tam immane facinus repente di-
D vina ira consequitur. Nam neque manus contrectare arma potuerunt, & cessantibus illis, hostes urbe sine prælio potiti sunt. Hinc profecti Saraceni ad fauces Abydi, atque in Thraciam postremo delati sunt. Nec paucis illic oppidis subactis regiam ad urbem contendunt. Quam cum operibus cinxissent, tredecim totos menses in obsidione persistunt, & varia ad eam machinarum genera comparant. Inter hæc Saracenorum classis advenit, cujus dux erat Solyman Arabice dictus. Ac dum postremo naves Byzantii fretum superant, & a tergo sequuntur, utpote magna militum vi atque armorum onustæ: dumque levi aura reflante, & adverso maris impetu repellente tardius navi-
E gant, Imperator ea re animadversa biremes conscendit, & per mediam classem elapsus numero circiter viginti succendit. Cæteræ naves ad Thracium Bosphorum advectæ ad Sosthenium portum appellant, & ibidem hiemant.

IↃCCXVII. (margin, beside "At Saraceni multis Romanorum op-")

Edit. Paris. pag. 35. (margin, beside "subactis regiam ad urbem contendunt.")

Quo tempore tam aspera vis hiemis fuit, ut præ nivium copia centenis die-

bus videri terra non potuerit. Ex quo Saracenis hominum atque equorum, camelorum item ac jumentorum ingentem numerum amittunt. Insequente
IↃCCXVIII. vere altera rursum ex Ægypto classis appulit Sophiano Duce, frumenti atque armorum copiam ingentem advehens, ac paulo post alia rursum ex Africa cum armorum apparatu atque annona submissa est, cui Jezidus quidam Saracenus imperabat. Hi cum paratum a Romanis, (ut ferunt,) ignem atque incendium metuerent, Byzantii freto ob trajiciendi desperationem relicto, ad Bithyniam applicant, atque alter pulcri agri, alter Satyri portum capit. Ægyptii vero, qui una cum iis navigabant, nocte lembis qui navibus adhærebant, conscensis Byzantium confugiunt, & Imperatoris nomen faustis acclamationibus prosequuntur. Quibus rebus animatus Imperator incendiarias naves adversus illas classes immittit, atque universas igne consumit. Ex quo ingentibus spoliis ditati illorum armis ac commeatu in suas naves imposito ad Imperatorem redeunt.

Per idem tempus Sergius Patricius Siciliæ dux, & qui in Occidente erant, ignari quæ ad Byzantium acciderant, atque Imperatoris rebus in tanta hostium incursione desperatis, quemdam ea apparitione Sergii Imperatorem constituunt, Gregorii cognomento Onomaguli filium, quem mutato nomine Tiberium appellant. His auditis Imperator Paulum Patricium Siciliæ præficit, quem fidum sibi & conjunctum habebat, ac rei bellicæ peritum, eumque contra Basilium mittit. Hujus adventu Sergius ad Longobardos confugit.
Edit. Parif. pag. 36. At Paulus insularibus congregatis, Imperatoris epistolas legit: quibus confirmati Imperatori feliciter acclamantes, Basilium & electos ab eo Magistratus vinctos offerunt. Paulus Georgio quodam & aliis interfectis, eorum capita ad Imperatorem mittit, cæteros verberibus atque ignominiis affectos, nonnullorum etiam amputatis naribus, extra fines Imperii relegat. Sergius accepta fide ad Paulum reversus est. Inde pacatus in Occideote status rerum ac tranquillitas fuit.

Secundum hæc Imperatori filius nascitur, cui Constantini nomen impo-
IↃCCXVIII. suit. Decima quinta insequentis mensis Augusti Saracenorum equitatus omnis & classis ab urbe discedit, amissis navibus quamplurimis, quas tempestas ac ventorum impetus disjecerat. Harum quædam pet insulas dispersæ, ad Cyprum usque dissipatæ sunt, aliæ cum omni supplemento demersæ. Interim Artemius Thessalonicæ exulans de occupando rursum Imperio nora consilia molitur: quod hunc in modum aggressus est. Datis ad Sisinnium Patricium cognomento Rhendacium litteris, qui tum forte apud Bulgaros erat auxilii contra Saracenos impetrandi causa ab Imperatore missus; huic igitur per litteras suadet, ut se conatibus suis adjutorem præberet, sed & Bulgaros in consilii societatem pelliceret: quæ omnia uti postularat facturum se esse promittit. Eadem de re ad Nicetam Magistrum cognomento Xilinitem, Constantinopolim scribit, necnon ad Isoen

A δαμῶς γῆν ὀφθῆναι ἐκ πλήθους τῆς κατενεχθείσης χιόνος ἔχεις εἰς τὰς ἑκατὸν ἡμέρας. ἐξ οὗ πλῆθος οὐκ ὀλίγων ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων καὶ καμήλων καὶ λοιπῶν ζώων ἀπέβαλον. ἔαρος δὲ ἐπιγινομένου ἐπικαταλαμβάνει καὶ ἕτερος τῶν Σαρακηνῶν στόλος πλεῖστος ἐξ Αἰγύπτου, οὗ ἡγεῖτο Σοφιὰν ὄνομα ἄρχων· φόρτον ἄγων ἐν αὐτῷ σίτου τε πλείστου καὶ ὅπλων. ὀλίγου δὲ διελθόντος χρόνου καὶ ἕτερος ἐφίσταται στόλος ἐκ τῆς περὶ Ἀφρικὴν ἀναχθείς, ὅπλων τε πολλῶν καὶ δαπανημάτων κατηγέμων, οὗ ὑπῆρχεν ἡγεμὼν Ἰέζιδος Σαρακηνοῦ ὄνομα. οὗτοι, ὥς φασι, τὴν ἐκ τοῦ ἐσκευασμένου παρὰ Ῥωμαίοις πυρὸς ὑφορώμενοι βλάβην, τὸν ὄντι Βυζάντιον πόρον ἀπογνόντες τοῖς πρὸς Βιθυνίαν μέρεσι προσέσχον, ὁ μὲν πρὸς τὸν καλούμενον λιμένα καλοῦ ἀγροῦ, ὁ δὲ πρὸς τὰς ἀκτὰς λεγομένου Σατύρου. οἱ δ' ἐν αὐτοῖς εἰσπλέοντες B Αἰγύπτιοι νύκτας τοὺς ἐνεστηκότας λέμβους τῶν νηῶν εἰσβάντες πρὸς τὸ Βυζάντιον ἧκον, καὶ τὸν βασιλέα εὐφήμουν. ἐφ' οἷς ἀναθαρσήσας ὁ βασιλεὺς πυρφόρους ναῦς κατὰ τῶν τοιούτων στόλων ἐξέπεμψε, καὶ πάσας αὐτῶν τὰς ναῦς ἐνέπρησεν, ἐκεῖθεν λαφυραγωγήσαντες καὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς ὅπλων καὶ δαπανημάτων καταφορτωθέντες πρὸς βασιλέα ὑπέστρεψαν.

Τούτῳ τῷ χρόνῳ Σέργιος ὁ Πατρίκιος ὁ τῆς Σικελίας στρατηγός, καὶ οἱ τὰ ἑσπέρια οἰκοῦντες τὰ περὶ τὸ Βυζάντιον καὶ τὸν βασιλέα ἀπογνόντες, τῆς γενομένης τῶν πολεμίων χάριν κατ' αὐτῶν ἐφόδου, ἴδιον σφίσι βασιλέα τῶν ὑπηρετῶν τινα Σεργίου Βασίλειον τοὔνομα, υἱὸν γεγονότα Γρηγορίου τοῦ ἐπίκλην Ὀνομαγούλου, Τιβέριον αὐτὸν ὀνομάσαντες. C τοῦτο ἀκηκοὼς ὁ βασιλεὺς Παῦλον τὸν Πατρίκιον στρατηγὸν Σικελίας προβάλλεται, ἅτε πιστὸν καὶ οἰκεῖον ὑπάρχοντα καὶ τακτικῶν ἔμπειρον, καὶ πρὸς Βασίλειον ἐκπέμπει. οὗ τινος ἐκεῖσε καταλαβόντος, Σέργιος φυγὰς ἐκεῖθεν οἴχεται, καὶ πρὸς Λογγοβάρδους γίνεται. Παῦλος δὲ ἐν τῇ νήσῳ λαὸν περιαθροίσας τὰ βασιλέως ἀναγινώσκει γράμματα. δι' ὧν εἰς πίστιν ἐλθόντες, τόν τε βασιλέα εὐφήμησαν, καὶ Βασίλειον, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ προχειρισθέντας ἄρχοντας δεσμίους αὐτῷ παραδεδώκασιν. ὁ δὲ τούτους παραλαβὼν Γεώργιόν τινα καὶ ἑτέρους ἀνεῖλε, καὶ τούτων τὰς κεφαλὰς πρὸς τὸν βασιλέα ἀνέπεμψε. τοὺς δὲ ἄλλους σὺν πληγαῖς καὶ αἰκίαις πολλαῖς, ὧν δὲ καὶ τὰς ῥῖνας ἐκτεμὼν, ὑπερορίαις παρέπεμψε. Σέργιος δὲ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας λόγον αἰτήσας D πρὸς τὸν Παῦλον ἐκομίσθη. ἐντεῦθεν τὰ τῆς ἑσπέρας πράγματα ἐν εἰρήνῃ καὶ ἡσυχίᾳ κατέστη.

Μετὰ τοῦτο τίκτεται υἱὸς τῷ βασιλεῖ, ὃν ὠνόμασε Κωνσταντῖνον. πεντεκαιδεκάτῃ δὲ τοῦ ἐπεισιόντος μηνὸς Αὐγούστου πάντα τά τε ἱππικὰ καὶ πλώϊμα τῶν Σαρακηνῶν ἐστρατεύματα τῆς βασιλευούσης ἀπεχώρησαν, πλείστας ναῦς ἀποβαλόντες ὑπό τε ζάλης καὶ ἀνέμων ἀγρίων καταλαφθείσας, καὶ πολλῶν μὲν εἰς τὰς νήσους ἄχρι καὶ εἰς Κύπρου σκεδασθεισῶν, ἑτέρων δὲ καὶ αὐτάνδρων τῷ βυθῷ παραδοθεισῶν. Ἀρτέμιος δὲ ἐν Θεσσαλονίκῃ ἐξόριστος ὢν πάλιν πειρᾶται τῆς βασιλείας ἐπιβατεύσειν, καὶ ἐπιχειρεῖ τοιάδε πράττειν. γράφει πρὸς Σισίννιον Πατρίκιον τὸν ἐπίκλην Ῥενδάκιον πρὸς τῇ τῶν Βουλγάρων E διατρίβοντα χώρᾳ παρὰ βασιλέως τηνικαῦτα ἀποσταλέντα, ὡς ἂν συμμαχίαν παρ' αὐτῶν κατὰ τῶν Σαρακηνῶν λήψαιτο, ὅπως αὐτῷ τὰ κατὰ γνώμην συμπράξειν, ἀναπεῖσαι δὲ καὶ Βουλγάρους συνεργῆσαι αὐτῷ. ὁ δὲ τοῦτο ὑπέσχετο. γράφει δὲ καὶ πρὸς Νικήταν τὸν Μάγιστρον τὸν ἐπίκλην Ξυλινίτην ἐν Κωνσταντινουπόλει ὑπάρχοντα, ἔτι δὲ καὶ πρὸς Ἰσόην Πατρίκιον, καὶ τὸ λε-

γομένου βασιλικοῦ Ὀψικίου ἡγεμόνα, καὶ Θεοδόσιον τὸν πρώτιστον τῶν βασιλικῶν γραμματέων, καθ' οὓς ἐβασίλευε χρόνους γενόμενον· καὶ Νικήταν ἐπίκλην Ἄνθρακα ἄρχοντα τειχῶν, παλαιᾶς φιλίας ἀναμιμνήσκεσθαι, καὶ ἑτοίμους εἶναι συντρέχειν αὐτῷ, καὶ τὴν πόλιν ἀνοιγνῦναι, καὶ ὡς βασιλέα ὑποδέχεσθαι.

Τὰ γραφέντα οὖν εὐθὺς τῷ βασιλεῖ διαγινώσκεται· καὶ τοὺς τὰ γράμματα δεξαμένους χειροῦται, καὶ πληγαῖς αἰκίζεται· καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦσι. καὶ Νικήτα μὲν τοῦ τὴν ἀξίαν Μαγίστρου, καὶ Θεοκτίστου τὰς κεφαλὰς ἐξέτεμε. τοὺς δὲ ἄλλους οὐ μικρῶς αἰκισάμενος καὶ δημεύσας ἐξορίαις ἀπέπεμψε. Ἀρτέμιος δὲ ἅμα Σισιννίῳ τῷ Πατρικίῳ καὶ τοῖς Βουλγάροις μέχρις Ἡρακλείας καταλαμβάνει. σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ ἅπερ * ἦγον ἐν Θεσσαλονίκῃ ἀκάτια, μονόξυλα δὲ αὐτοὶ προσαγορεύουσι. γράφει δὲ Βουλγάροις ὁ βασιλεὺς ὡς τὴν εἰρήνην μᾶλλον ἀσπάσοιντο, καὶ τοὺς ἐχθροὺς προδοῖεν. οἱ δὲ εἰς ἀπολογίαν κατέστησαν συγγνώμην αἰτήσαντες, καὶ τὰ πρὸς εἰρήνην ὑπισχνούμενοι. καὶ τὸν μὲν Ἀρτέμιον σὺν τῷ Ἀρχιερεῖ Θεσσαλονίκης, καὶ ἄλλους πλείστους δεσμώτας πρὸς βασιλέα πέμπουσι. καὶ Σισιννίου τοῦ Πατρικίου τὴν κεφαλὴν ἐκτεμόντες ὡσαύτως στέλλουσιν. οὕτως τε πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἀπεχώρουν. Ἀρτέμιον δὲ σὺν τῷ Ἀρχιεπισκόπῳ παραλαβὼν ἐν τῷ λεγομένῳ κυνηγίῳ ἀπέτεμεν. ἱππικὴν δὲ ἅμιλλαν ἐπιτελέσας, τῶν ἀποτμηθέντων τὰς κεφαλὰς διὰ τοῦ Ἱπποδρομίου ἐπὶ κοντοῦ ἀπηρτημένας ἐξεπόμπευε. τοὺς δὲ ἄλλους πάντας αἰκισάμενος, καὶ τὰς ῥῖνας αὐτῶν ἐκτεμὼν, καὶ δημεύσας, ὑπερορίαις κατεδίκασε.

f. εἶχον

Ταῦτα οὖν καταπραξάμενος προσκαλεῖται Γερμανὸν τὸν τηνικαῦτα Ἀρχιερέα πέμπτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ Μαρτίου μηνὸς, τῆς τρίτης Ἰνδικτιῶνος, τῇ σωτηρίῳ τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσει, ἐν τῷ Τριβουναλίῳ λεγομένῳ δεκαεννέα ἀκκουβίτων, στέφει τὸν υἱὸν Κωνσταντῖνον εἰς βασιλέα. οἷον δὲ κατὰ τοὺς χρόνους ἐκείνους περὶ τὰς νήσους τῆς τε Θήρας καὶ Θηρασίας καλουμένας συμβέβηκεν, αἳ πρὸς τῷ Κρητικῷ πελάγει κεῖνται, παραδραμεῖν οὐκ ἄξιον. Θέρους ὥρας ἐνεστηκυίας, συνηνέχθη τὸν θαλάττιον βυθὸν πλεῖστον ὅτι καπνώδη ἀτμὸν ἐξερεύγεσθαι. ἐξ οὗ ἐπὶ πολὺ πυκνουμένου τοῦ ἀέρος πῦρ ἐξαφθῆναι, καὶ μετὰ τὸ πῦρ λίθους συστῆναι, ἑνωθῆναί τε τῇ γῇ τῇ Ἱερᾷ καλουμένῃ νήσῳ. ἣν δὴ καὶ αὐτὴν φασι τῷ ὁμοίῳ τρόπῳ τοῦ βυθίου ἀναδοθῆναι χώρου, καθάπερ καὶ τὰς ῥηθείσας λόγος Θήραν καὶ Θηρασίαν νήσους. τῷ ἀπείρῳ δὲ πλήθει τῶν ἀναδιδομένων λίθων ἀνὰ πᾶσαν καταστορέσθαι τὴν ἐκείνην θάλασσαν· ἐνθένδε τε ἀφικέσθαι ἄχρις Ἀβύδου καὶ τῆς Ἀσιάτιδος παραθαλασσίου. ὑπεκκαίεσθαι δὲ τὸ προσπελάζον ῥεῖθρον, ὡς μηδὲ θιγγάνειν αὐτοῦ τινα ἱκανῶς ἔχειν.

Ταῦτά φασιν ἀκούσαντα τὸν βασιλέα ὑπολαμβάνειν θείας ὀργῆς εἶναι μηνύματα καὶ ἥτις αἰτία ταῦτα κεκίνηκε διασκέπτεσθαι. ἐντεῦθεν λοιπὸν κατὰ τῆς εὐσεβείας ἵσταται. καὶ τῶν ἱερῶν εἰκονισμάτων μελετᾷ τὴν καθαίρεσιν· ὡς ἐκ τῶν τούτων ἱδρύσεως τε καὶ προσκυνήσεως γεγονέναι οἰόμενος τὸ τεράστιον, κακῶς εἰδώς. ἐκδιδάσκειν δὲ τὸν λαὸν τὸ οἰκεῖον ἐπιχείρει δόγμα. πολλοὶ γοῦν τὴν ὕβριν τῆς ἐκκλησίας ἀπωλοφύροντο. διὸ δὴ καὶ οἱ τὴν Ἑλλάδα καὶ τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκοῦντες οὐ προσιέμενοι τὸ δυσσέβημα, πρὸς τὸν βασιλέα διαστασιάζουσι. καὶ πλεῖστον στόλον ἀθροίσαντες, Κοσμᾶν τοὔνομα ἐφ' ἑαυ-

Patricium Imperatorii Obsequii præfectum, & ad Theodosium Notariorum quo imperabat, tempore primicerium factum: itemque ad Nicetam cognomento Anthracem murorum Præfectum. Quibus litteris pro veteri familiaritate rogat, sibi ut mature subsidio esse velint, atque urbem aperiant, ac pro Imperatore se recipiant.

His omnibus ad Imperatorem perlatis, quotquot eas litteras acceperant, comprehensi & flagellis affecti. Nec illi factum inficiati sunt. Ergo Nicetæ Magistro, & Theoctisto capita præciduntur. Cæteri male mulctati & proscripti extra fines Imperii relegantur. Artemius cum Sisinnio Patricio, & Bulgaris Heracliam pervenit cum lembis, quos Thessalonicam subduxerant, quæ illi monoxyla vocant. Imperator scriptis litteris Bulgaros admonet, ut bello pacem anteponant, & hostes suos sibi in potestatem tradant. Illi ad excusationem conversi veniam deprecantur, & pacem firmam fore pollicentur. Mox Artemium cum Thessalonicæ Præsule, aliosque plurimos vinctos ad Imperatorem mittunt, una cum Sisinnii Patricii capite, quod ei præciderant; atque ita in patriam reversi sunt. Imperator Artemium & Archiepiscopum in potestatem habens ambobus in Cynegio caput amputari jubet. Tum equestri spectaculo dato eorumdem capita conto suspensa per Hippodromum traduci. Reliquos omnes verberibus cæsos naribus amputatis & publicatis bonis relegat.

Edit. Paris. pag. 37.

Hæc ubi facta, Germanum Patriarcham accersens quinta & vicesima Martii mensis Indictione III, ipso die salutiferæ Christi Resurrectionis in Tribunali, quod novemdecim accubitorum dicitur, Constantinum filium Imperatorem coronat. IↃCCXX. Neque vero prætereundum est, quid ad Theram & Therasiam Cretici maris insulas sub idem tempus acciderit. Nam ineunte æstate fumidæ & opacæ nebulæ vis ingens e profundo maris erupit, ex qua longe lateque densatus aer in ignem exarsit, quem lapideæ moles subsecutæ cum Hiera (quam vocant) insula coaluerunt. Hanc insulam, ut & ambas illas, quas diximus, Theram ac Therasiam, eodem modo ex alto emersisse ferunt. IↃCCXXVI. Cæterum tanta fuit erumpentium lapidum copia, ut totum illud mare consterneret, indeque Abydum usque, & Asiatici littoris oram ejiceretur. Quorum etiam lapidum ardore, quoquo delati erant, ita maris unda concaluerat, ut ne admotis quidem manibus sustineri posset.

His, ut ajunt, acceptis, Imperator haud dubia divinæ iræ indicia reputans, quibus de causis excitata essent anxius cogitabat. Ex quo demum de oppugnanda religione ac sacris imaginibus evertendis consilium cepisse dicitur: quasi ob earum collocationem & adorationem tanta illa prodigia contigissent, perperam omnino istud interpretatus: atque etiam populum ad suam sententiam traducere conatus est. Quamobrem plerique calamitatem Ecclesiæ lugebant. At qui per Græciam & Cycladas habitabant, dogma impium execrati, ab Imperatore deficiunt, maximaque classe comparata Cosmam sibi Imperatorem præficiunt. Quod dum Agal- IↃCCXXVII.

lianus quidam ex illius ducibus animadvertit, plane de ejus salute desperans, ut erat armatus, se in profundum maris immittit. Cosmas una cum Stephano comprehensi & capite truncati sunt.

Edit. Paris. pag. 38. Inde æstate sequenti rursum Saracenorum equites in Romanorum fines incursionem faciunt, Amera & Mavia ducibus. Qui ad Nicæam Bithyniæ metropolim positis castris, aliquanto tempore obsidione tentata, re infecta demum reversi sunt.

Post hæc Imperator ingenti civium numero in Palatium collecto, una & Germanum Patriarcham advocat: tum apud eum vehementius instat, ut de sacris imaginibus evertendis scriptum aliquod faceret. Quod ille renuit, & Episcopatu cessit. (Neque enim, inquit,
IↃCCXXX. sine generalis Concilii auctoritate ullum religionis dogma scripto committo.) Ergo cum se paternam in domum recepisset, illic reliquum vitæ tempus exegit. Hujus in locum Anastasius substituitur Ecclesiæ magnæ clericus. Deinceps itaque multi studiosi pietatis, qui Imp. dogmati assentiri nolebant, variis pœnis atque ignominiis affecti sunt.

Dum hæc aguntur, Imperator legatos ad Chazarum principem mittit, qui ejus filiam peterent, quam Constantino filio despondit. Interjecto deinde a-
IↃCCXXXII. liquanto tempore, Byzantium terræ motu concussum est, quo & aliæ urbes ac loca non minore impetu quassata sunt. Ac tum ædes aliæ, & Ecclesiæ, ac porticus dejectæ, & ex ipsis fundamentis quædam earum subversæ: tum quæ sanctæ Irenes nomine dedicata erat concidit, haud longe a majore Ecclesia sita: post hanc & Arcadii quondam Imperatoris simulacrum corruit: quod in Xerolopho (hoc ei loco nomen est) supra cælatam columnam erectum est. Et ad annum usque terræ ille motus perseveravit: cujus metu plerique urbe progressi extra mœnia in tuguriolis manebant.

IↃCCXLI. Leo quarto & vicesimo Imperii sui anno ex aqua intercute moritur, Constantino filio successore Imperii relicto. Artabatus vero Imperatoris gener (Constantini is sororem in matrimonio habebat) cum iis, qui de populo superfuerant (erat enim Obsequianorum dux) ac duobus filiis Niceta, & Nicephoro, in Dorylei campo stationem habebat. Hic audita soceri morte, de invadenda Tyrannide consilium capit. Quare populum omnem quem in potestate habebat sacramento adigit, fidos sibi ac benevolos fore, nec alterum Imperatorem recepturos. Constantinus simul atque Imperii compos factus est, cum delecta exercitus parte extra urbem in campum (cui Crasso nomen est) egreditur, simulque Artabazo
pag. 39. mandat ut ad se veniat, quo inter se de propulsando hoste deliberent. Nec minus ille sua sponte maturabat, ut & consilio interesset, & eum Imperio privaret.

Interim Constantinus, audita tyrannidis fama, cum insuper Viserum Patricium in occursu ipso a contraria factione peremptum esse cognovisset, quæ more Imperatorii exercitus instructa veniebat, propere digressus, ac saluti consulens, ad Orientalium regio-

A τοῖς βασιλεῦσι. τῶν δὲ περὶ αὐτὸν ἀρχόντων τις Ἀχαλλιανὸς ὄνομα ταῦτα θεασάμενος, καὶ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ ἀπογνοὺς, σὺν τῇ πανοπλίᾳ ἑαυτὸν τῷ βυθῷ παρέδωκε. Κοσμᾶς δὲ καὶ ἕτερός τις Στέφανος συλληφθέντες τὰς κεφαλὰς ἐπετμήθησαν.

Τῷ δὲ ἐπιγενομένῳ θέρει πάλιν ἱππικὰ στρατεύματα τῶν Σαρακηνῶν πλεῖστα τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς κατῆθεν, ὧν ἡγοῦντο Ἀμέρας καὶ Μαυίας ὀνομαζόμενοι Σαρακηνοί· καὶ καταλαμβάνουσι πρὸς τὴν * καθεζομένην τῆς Βιθυνίας πόλιν Νικαίαν καλουμένην· ἐπί τινα χρόνον τῆς πολιορκίας ἐχόμενοι, τέλος ἄπρακτοι ἀπεπέμποντο. * f. προκαθ.

Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀθροίζει πλεῖστον λαὸν τῆς πό-
B λεως περὶ τὰ βασίλεια, καὶ συγκαλεῖ τὸν τότε τῆς πόλεως Ἀρχιερέα Γερμανὸν, καὶ συγγράφειν κατὰ τῆς καθαιρέσεως τῶν εἰκόνων τῶν ἁγίων ἠνάγκαζεν· ὁ δὲ παρῃτεῖτο, καὶ τὴν ἱερωσύνην ἀπέβαλε, λέγων ὡς ἄνευ οἰκουμενικῆς συνόδου ἔγγραφον πίστιν οὐκ ἐκτίθεμαι. ἐκεῖθεν ἐπὶ τὸν πατρικὸν οἶκον γενόμενος, αὐτοῦ τῆς ζωῆς βιοτεύων διετέλεσε χρόνον. μετ' αὐτὸν δὲ προχειρίζονται Ἀρχιερέα Ἀναστάσιον κληρικὸν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τυγχάνοντα. ἐξ ἐκείνου τοίνυν πολλοὶ τῶν εὐσεβούντων, ὅσοι τῷ βασιλείῳ οὐ συνετίθεντο δόγματι, τιμωρίας πλείστας καὶ αἰκισμοὺς ὑπέμενον.

Ἐν ᾧ δὲ ὑπὸ ταῦτα ἐπράττετο, ἐκπέμπει ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν τοῦ ἔθνους τῶν Χαζάρων ἡγούμενον, καὶ τὴν αὐτοῦ θυγατέρα με-
C ταπέμπεται καὶ τῷ υἱῷ Κωνσταντίνῳ εἰς γυναῖκα κατηγγύησε. χρόνου δὲ μεταξὺ παρελθόντος σεισμὸς ἐνσκήπτει κατὰ τὸ Βυζάντιον, μεθ' οὗ καὶ πόλεσιν ἑτέραις καὶ χώροις ἰσχυρῶς ἐπιφύεται. καὶ οὐκ ἄλλως τε πολλοὺς οἴκους, καὶ ἱεροὺς ναοὺς, καὶ στοὰς ἀθρόως ἐπικαταβάλλει ἐκ πρώτων βάθρων αὐτῶν, ἐνίους τούτων ἀνατρέψας· καὶ τὸν θεῖον * ναὸν, ὃν τῆς ἁγίας Εἰρήνης ἐπώνυμον καλοῦσι, κατέσεισεν ὃς πλησιαίτατα τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἵδρυται. μεθ' ὃν καὶ ὁ Ἀρκαδίου τοῦ πάλαι Ῥωμαίων τὰ σκῆπτρα ἰθύνοντος ἀνδριὰς, ὃς κατὰ τὸν λεγόμενον * Ξηρόλοφον, καθύπερθεν τοῦ γλυφαίου ἵδρυται κίονος, κατὰ γῆς ἄνωθεν ἔρριπτο. διέμεινε δὲ τὰ τοῦ σάλου ἄχρι καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ὅλον. διὸ πλεῖστοι τῆς πόλεως προϊόντες, καὶ ἔξω τειχῶν αὐλιζόμενοι εἰς καλύβας κατέμενον. * γρ. νεών * γρ. Λόφον

D Λέων δὲ τέσσαρα καὶ εἴκοσι ἔτη τῆς βασιλείας μεταλλάττει τὸν βίον ὑδέρῳ χαλεπῷ περιπεσών. διάδοχον δὲ τῆς ἀρχῆς τὸν υἱὸν Κωνσταντῖνον καταλιμπάνει. Ἀρτάβαζος δὲ, ὃς γαμβρὸς Κωνσταντίνου ἐπ' ἀδελφῇ ὑπῆρχεν, ἅμα τῷ περιόντι λαῷ, στρατηγὸς δὲ τοῦ Ὀψικίου λαοῦ ἐτύγχανε, καὶ τοῖς δυσὶν υἱέσιν, ὧν ὁ μὲν ἕτερος Νικήτας, θάτερος δὲ Νικηφόρος ἐκέκλητο, κατὰ τὸ λεγόμενον τοῦ Δορυλαίου πεδίον ηὐλίζετο. καὶ τὰ τυραννίδα εὐθὺς κατ' αὐτοῦ μελετᾷ, τὸν τοῦ πενθεροῦ θάνατον πυθόμενος· καὶ ὅρκοις τὸν ὑπὸ χεῖρα κατεδέσμει λαὸν αὐτῷ μὲν εὔνουν ἔσεσθαι, ἕτερον δὲ εἰς βασιλέα μὴ δέχεσθαι. Κωνσταντῖνος δὲ τῆς βασιλείας κρατήσας, ἀπόμοιράν τινα στρατοῦ ἐπιλεξάμενος τῆς πόλεως ἔξεισι, καὶ τὸ πεδίον, ὃ
E Κράσος προσαγορεύεται καταλαμβάνει, καὶ Ἀρταβάζῳ ἐσήμαινεν ἥκειν πρὸς αὐτὸν, ὡς ἂν ἅμα τῶν πολεμίων χάριν βουλεύσοιντο. ὁ δὲ ἰδίᾳ ὁρμῇ καὶ βουλῆς εἶχεν, ἀλλὰ καὶ τῆς βασιλείας αὐτὸν καθαιρήσειν.

Κωνσταντῖνος δὲ τὰ τῆς τυραννίδος πυθόμενος, καὶ Βίσηρον τὸν ἀξίαν Πατρίκιον * προσυπαντήσαντα, καὶ τῷ ξίφει τῶν ἀντιπάλων πεσόντα αἰσθόμενος, καὶ ὡς τὸ βασιλικὸν ἐσκευασμένως στρατόπεδον εἰσιδὼν αὐτὸ πρὸς τῇ χώρᾳ ἀνατολικῶν καλουμένῃ φυγὰς ἐνθένδε ἀπιὼν τὴν σωτηρίαν τὴν ἑαυτοῦ περιεποιήσατο. καὶ αὐτοὶ εὐνοϊκῶς ὑποδεξάμενοι ἐνωμότους αὐτῷ συνθέ- * f. σεμνῶς

θήκας δεδώκασιν, ὡς μέχρις αἵματος ὑπὲρ αὐτοῦ ἀνελέσθαι τὸν κίνδυνον. καὶ Ἀρτάβαζον αἰσχρῶς δυσφημοῦντες καθύβριζον. μεταστέλλονται γοῦν καὶ Σισίννιον τὸν Πατρίκιον σύμφρονα καθιστῶν ἅμα τῷ ὑπ' αὐτὸν στρατηγουμένῳ τῶν Θρακησίων λεγομένῳ λαῷ, καὶ ἅπαντες κατὰ Ἀρταβάζου ὁμοῦ ἐχώρουν. Θεοφάνης δὲ ὃν Μονώτιον ἐκάλουν τὴν τοῦ Μαγίστρου ἀξίαν διέπων, καὶ τὴν βασιλέως χρείαν εἰς Βυζάντιον ἀποπληρῶν, Ἀρταβάζῳ προσετίθετο, καὶ βασιλέα ἀνεκήρυττε, καὶ Βυζαντίους ἀνέπειθε, ὡς Κωνσταντῖνος τέθνηκε. τὸν δὲ υἱὸν Νικηφόρον τοὔνομα κατὰ τὴν Θρᾴκην τότε στρατηγοῦντα μεταπέμπεται, καὶ σὺν τῷ περὶ αὐτὸν στρατῷ πρὸς φυλακὴν τῆς πόλεως ἐγκαθίστησι. τῶν βασιλικῶν δὲ ὑπηρετῶν οὓς μὲν ἐπετύφλου, οὓς δὲ καὶ ἑτέρως ᾐκίζε.

Καὶ Ἀρτάβαζος εὐθὺς τῷ συνόντι ἅμα λαῷ τῇ πόλει ἐφίσταται. καὶ αὐτίκα τῶν ἁγίων ἀνέστη τὰ ἱερὰ ἀπεικονίσματα. τότε δὲ κατόπιν ἰὼν Κωνσταντῖνος, τὴν Χρυσόπολιν καλουμένην καταλαμβάνει. ἐπίνειον δὲ τοῦτο ἀντιπέρα Βυζαντίου πρὸς τῇ Ἀσιάτιδι γῇ διακείμενον. κἀνταῦθα βραχὺν διατρίψας χρόνον ὑπενόστει, καὶ πρὸς τὴν πόλιν, ἣν Ἀμορίαν καλοῦσι, διεχείμαζε. τῷ δὲ ἑξῆς ἐπιγενομένῳ ἐνιαυτῷ τὸν ἕτερον τῶν υἱῶν Νικήταν στρατηγὸν τοῦ καλουμένου τῶν Ἀρμενιακῶν στρατοῦ Ἀρτάβαζος ἀποστέλλει. τὸν δ' αὖ ἕτερον Νικηφόρον εἰς βασιλέα στέφει. ἐπιστρατεύει δὲ κατὰ τῆς τῶν Ἀσιανῶν χώρας. καὶ τὰ ἐκείνης χωρία * ἐπεμαίνετο πικρῶς· ἄφνω ἐπιτίθεται Κωνσταντῖνος· καὶ πρὸς τὰς Σάρδεις ὑπαντιάζει. πολέμῳ τε αὐτῷ συμμίξας κραταιῶς ἐτροπώσατο. τόν τε ὑπόντα λαὸν δουλωσάμενος, τήν τε ὑπάρξασαν αὐτοῖς ἀποσκευὴν εἰσποιησάμενος. Ἀρτάβαζος δὲ φυγὰς πρὸς τὴν πόλιν Κύζικον καταλαβών, κἀκεῖθεν ἀποπλεύσας ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ᾤχετο. Νικήτας δὲ ὁ αὐτοῦ υἱὸς κατὰ Κωνσταντίνου τὴν ὁρμὴν ἐποιεῖτο. ὁ δὲ πρός τι χωρίον αὐτῷ μάχῃ προσβαλὼν, Μοδρηνὴν τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ προσαγορευόμενον, αὐτὸν μὲν Νικήταν ἐτρέψατο, τοῦ δὲ συνόντος λαοῦ πλείστους ἀναιρεῖ.

* f. ἐπιμ.

Ἐντεῦθεν ἐν μεγίσταις συμφοραῖς τὰ τῶν Ῥωμαίων διέκειτο, ὁπηνίκα οἱ παρ' ἐκείνους περὶ τὴν τῆς ἀρχῆς ἅμιλλαν τὸν ἐμφύλιον Χριστιανοῖς ἀνέρριψε πόλεμον. οἷα γὰρ καὶ ὅσα συμβαίνειν τοῖς τοιούτοις εἴωθε τὰ δεινότατα, ὡς καὶ τὴν φύσιν ἑαυτὴν ἐπιλανθάνεσθαι, καὶ καθ' ἑαυτῆς ἵστασθαι, καὶ τί δεῖ τἄλλα λέγειν; πολλοὺς αὖ ἐν πείρᾳ καθεστηκέναι. ἐν τούτοις καθυπέρτερος Κωνσταντῖνος γενόμενος πρὸς τὰ Θρᾳκικὰ περαιοῦται χωρία. καὶ τῷ * τείχει προσεδρεύει τῆς πόλεως. διεκώλυσε τὴν τῶν ἀναγκαίων εἰσφοράν, καὶ ἐκ τούτου ἐν μεγάλῃ ἦν ἡ πόλις ἀνάγκῃ, ὥστε τοῦ μεγίστου λιμοῦ τοὺς Βυζαντίους κατατείνοντος τοὺς πολλοὺς μὲν συνέβαινε διαφθείρεσθαι. ἄλλους ὑπὲρ τειχῶν ἑαυτοὺς ἔξω ῥίπτειν βιαζομένους. οἱ δὲ καὶ δώροις ἔπειθον τοὺς ἐπὶ τῶν πυλῶν φύλακας κρύβδην ἐξιέναι τῆς πόλεως. Κωνσταντῖνος δὲ ἅπαντας εὐμενῶς ἐδέχετο, καὶ περιεποιεῖτο μάλιστα.

* cor. τείχ.

Αὖθις οὖν Νικήτας ἐπιστρατεύει, καὶ μέχρι Χρυσοπόλεως παραγίνεται. Κωνσταντῖνος δὲ πάλιν αὐτῷ ἐπιτίθεται, καὶ κατὰ τὴν Νικομηδέων καταλαμβάνει πόλιν, καὶ αὐτὸν μὲν χειρωσάμενος σιδηροῖς ἔδησε. Μαρκελλίνου δὲ τοῦ συνόντος αὐτῷ Ἀρχιερέως τῆς Γαγγρηνῶν μητροπόλεως τὴν κεφαλὴν ἐξέτεμε. κἀκεῖθεν ἐπανελθὼν παραλαμβάνει τὸ Βυζάντιον. Ἀρτάβαζος δὲ ἀποδρὰς πρὸς τὴν ἐν Βιθυνίᾳ Νικαέων πόλιν διασώζεται. καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ ἀνέπειθεν, ὡς * οἴκοι στρατολογήσων, καὶ δύ-

* f. ἵνα

nem confugit, qui humaniter eum excipientes, cum jurejurando fidem insuper obstringunt, se ad mortem usque nullum pro eo periculum esse detrectaturos. Mox contumeliosas in Artabazum voces ac convitia jactant. Ad hæc Sisionium Patricium cum Thracensibus copiis, quibus præerat, ad suas partes pertrahunt, collatisque in unum viribus contra Artabazum procedunt. Nam Theophanes cognomento Monotius, qui Magisterii dignitatem gerebat, & Byzantii Imperatoris partes agebat, ad Artabazum defecerat, eumque & Imperatorem salutaverat, & Byzantiis persuaserat, Constantinum esse mortuum. Idem Nicephorum filium, qui tum in Thracia copias regebat, ad sese advocat, & ad urbis custodiam cum his quos secum habebat militibus disponit: qui ex officio Imperatoris erant, partim cæcitate, partim aliis pœnis ac contumeliis afficit.

Artabazus interim cum suis ad urbem accedit, cujus adventu Sanctorum imagines illico restitutæ sunt. Hunc pone secutus Constantinus Chrysopolio occupat, navale ex adverso Constantinopolis in Asia positum. Ubi paululum commoratus regreditur, & ad urbem Amoriam hiemat. Anno insequenti Artabazus alterum e filiis Nicetam Armeniorum ducem mittit, Nicephorum vero Imperatorem coronat. Ipse in Asiam cum copiis trajicit. Quam cum populationibus infestam haberet, Constantinus obviam ei ad Sardes occurrit: & signis collatis, longe superior fuit. Ita exercitu illius in potestatem redacto, omnibus quoque impedimentis potitus est. Artabazus Cyzicum primo, inde Constantinopolim fuga petiit. Nicetas ejus filius aciem in Constantinum convertit, qui ad Modrinam commisso prælio Nicetam cum magna militum strage victum in fugam conjicit.

Magna deinceps Imperii Romani calamitas fuit, cum hæc de Imperio ac dominatu contentio Christianos in civile bellum conjiceret. Quæ enim quamque atrocia illis temporibus evenire solent, ut vel ipsa natura sui met oblita videatur, ac sibi ipsi bellum inferat, cæteraque quæ dici minime necesse est, haud pauci experientia didicerunt. Hoc modo superatis hostibus Constantinus trajecto in Thraciam exercitu castra ad urbem posuit: & ne quid importari posset, diligentissime aditus omnes interclusit. Quæ res tantam civitati rerum omnium inopiam attulit, ut ingravescente in dies fame, plerique consumpti, alii e muro præcipitare se coacti sint, alii postremo portarum custodibus pretio corruptis furtim ab urbe discesserint. Qui omnes a Constantino humaniter suscepti atque honorifice habiti sunt.

Edit. Parif. pag. 40.

Post hæc Nicetas rursum exercitu collecto Chrysopolim contendit. Huic Constantinus obviam procedens, ad Nicomediam iterato victum ac captum in vinculis habuit. Marcellino vero ex ejus comitibus Gangrenorum Archiepiscopo caput abscidit. Inde rediens Constantinopolim obtinuit. Artabazus fuga in Bithyniam dilapsus Nicæam pervenit. Ubi cum se delectus habendi causa ac contrahendi militis venisse diceret, pau-

cis indidem collectis, in quoddam castellum, quod Puiantis dicitur, se conjicit. Constantinus missa ad eum persequendum

IↃCCXLIII. exercitus parte, postremo redactum in potestatem cum filiis vinctos omnes Circensibus ludis solemni pompa traducit. Nec multo post Sisinnius Patricius conjurationis in Constantinum, & affectatæ tyrannidis convictus oculis privatus est. Eadem pœna in Artabazum & filios decernitur. Hunc in modum constitutis rebus Imperii, Constantinus paulo post in Saracenorum fines expeditionem agit. Ab his Germaniciam Euphratesiæ provinciæ urbem capit. * * *

IↃCCXLVII. Ac quibus in locis pestilentia grassata est hominum omne genus ad internecionem enecavit: pauci dumtaxat divino beneficio servati sunt, qui quam longissime ex his locis recesserunt. Præcipue vero Constantinopoli vis illa morbi sævijt. Per quam ostenta quædam ac prodigia repente visa sunt: & Crucis effigies partim in privatis hominum vestibus, partim in sacris apparuit: eademque in janais ac postibus conspecta. Quibus rebus perculsi ac consternati hominum animi ad imminentem cladem atque exitium pertinere non dubitabant. Tanta vero terroris magnitudo fuit,

Edit. Parif. pag. 41. ut a sensibus alienati varias sibi species atque imagines offerri, seque cum peregrinis & deformibus hominibus iter facere & colloqui putarent: quos ubi tamquam notos sibi salutaverant, atque, ut moris est, in via sibi invicem occursantibus, usitata officia præstiterant, eadem illa aliis postea referebant. Iis atque aliis id genus spectris exagitati plerique infestis in se gladiis incurrebant. Atque eo postremo res adducta est, ut paucis superstitibus cum morientium numero pares esse non possent, neque eorum sepelire corpora, aut justa persolvere, quasdam machinas conficerent ac jumentis imponerent. Horum dorso instratis asseribus, postquam ad locum quemdam capacem ac vastum pervenerant, laxata machina ita pleraque cadavera sine more ac temere congerebant. Deinde etiam plaustra ad efferendos mortuos præ jumentorum inopia succollabant. Ac demum sepulcta ipsa defecerunt. Quare & cisternas exsiccatas mortuorum corporibus complebant, & agros proscindebant, & vineas atque hortos fodiebant, quibus præter solitum ad tumulandam innumerabilem corporum struem abutebantur. Ex quo accidit ut ædes quamplurimæ penitus obstructæ atque interclusæ fuerint. Tenuit ea mali vis ad annum usque, quo vertente magna ex parte remisit, ac paulatim ut excitata initio fuerat, ita tandem pestifera lues desiit. Quæ omnia prudentibus viris ad iram Dei spectare haud dubie videbantur, cum perfidus atque impius Princeps, cæterique qui scelerato illius dogmati consenserant, violare sacras imagines per summam essent Ecclesiæ ignominiam aggressi.

Post hæc igitur desertam urbem, ac pene ad vastitatem redactam, evocatis novis civibus frequentat, quos undique ex provinciis atque insulis Romano nomini subjectis exciverat. Eodemque tempore classem adversus Saracenos mittit, cui Cibythæoticorum ordinum ducem præposuit. Hæc cum Cyprum appulis-

A ταμίον τινα ἰδεῖ περιβαλλόμενος. ἐξ ὧν ὀλίγους στρατιώτας προσλαβὼν ἐπὶ τὸ φρούριον τὸ λεγόμενον Πύζαντες ἀπιὼν ἐγκατακλείεται. Κωνσταντῖνος δὲ ἀπόμοιραν εἰς δίωξιν αὐτοῦ ἐκπέμψας, αὐτόν τε χειροῦται, καὶ σὺν τοῖς υἱέσιν αὐτοῦ δεσμώτας ἐπὶ ἀγῶνος ἱππικοῦ ἐλάσαν θριαμβεύει. οὐ πολὺ δὲ τὸ ἐν μέσῳ καὶ Σισίννιος ὁ Πατρίκιος τυραννίδα ἐφωράθη κατὰ Κωνσταντίνου μελετήσας. ἐφ' ᾗ διαγνωσθεὶς τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόπτεται. μετὰ ταῦτα δὲ καὶ Αρτάβαζος, καὶ οἱ αὐτοῦ υἱοὶ τῇ αὐτῇ τιμωρίᾳ ὑπεβλήθησαν. ταῦτα οὕτω τὰ τῆς ἰδίας ἀρχῆς διαθεὶς Κωνσταντῖνος, μετὰ χρόνον οὐ πολὺν κατὰ τὴν χώραν Σαρακηνῶν ἐστρατεύει, ὅθεν εἷλε πόλιν Γερμανικίαν τῆς Εὐφρατησίας χώρας. ***

B Καὶ αὖθις ὡς νόσος τὸ φθοροποιὸν ἐπεφύετο πάθος, ἅπαν ἀνθρώπων γένος ἐπινεμόμενον· διώλλυέ τε καὶ ἄρδην ἐξηφάνιζε. διεσώθη δ' αὖ τις θείᾳ πάντως βουλήσει, ὅστις ὡς πορρωτάτω τούτων τῶν χωρῶν ἀπέδρα. ἐπετείνετο δὲ οἱ τὰ τῆς φθορᾶς μάλιστα περὶ τὸ Βυζάντιον. τεράστια δ' ὅσα καὶ δείματα ἐξαπίνας ἐφαίνετο· τύποι σταυροειδεῖς ἔν τε ταῖς τῶν ἀνθρώπων στολαῖς, καὶ τῶν ἱερῶν ἐνδυμάτων ἐπανέτελλον, ταῖς θύραις τε ὡσαύτως, καὶ τοῖς τῶν θυρῶν σταθμοῖς. ἃ δὴ φαινόμενα φρίκην μεγάλην καὶ ἀπορίαν πᾶσιν ἐνετίκτεν, ὡς παραχρῆμα τὸν ὄλεθρον μηνύοντα ἔσεσθαι. ὥσπερ δὲ ἐξεστηκότες τῆς διανοίας οἱ ἄνθρωποι, καὶ φαντασιούμενοι ἐδόκουν αὐτοῖς ὡς ξένοις τισὶ συνοδεύειν καὶ

C εἰδεχθέσιν ἀνθρώποις, καὶ εἶτα ὡς γνωρίμους δῆθεν τοῖς ἐντυγχάνουσι προσαγορεύοντες, καὶ τὰ πρὸς τὴν ὁδὸν ὡμιλημένα, ἑτέροις ἔπειτα ἀφηγούμενοι καὶ ἄλλοις φάσμασί τισιν ἐνδειματούμενοι * εὑρόντες ξίφεσιν ἀλλήλους τινὰς βάλλοντας. καὶ δὴ οὕτω τὰ πλεῖστα ἐξέβαινεν. ἐν οὐδενὶ δ' οἷοί τε ἦσαν οἱ περισωζόμενοι τῶν ἀποιχομένων ταφῇ παραδιδόναι τὰ σώματα, καὶ τὴν ὁσίαν ἐπ' αὐτοῖς ποιεῖσθαι, ὀλιγοστοὶ μάλα πλεῖστοι ἄγαν ἐκκομίζοντες, διὸ μηχανάς τινες περινοίας κατασκευάζειν ἀπαγόμενοι τοῖς ἀχθοφόροις ζώοις σανίδας ἐπιστρωννύντες. καὶ ἐπὶ μέγα τι χωρίον ἀποδρυῶντες τὸ μηχάνημα, οὕτω τὰ πλεῖστα τῶν πτωμάτων ἀκόσμως, καὶ ὡς ἂν ἔτυχεν ἐπετίθεσαν. ἤδη δὲ καὶ ἅμαξαι πρὸ τὴν ἐκφορὰν τοῦ πλήθους τῶν

Deinque annus ille, qui a Cassiodorio ponitur ab Incarnatione quingentesimus sexagesimus secundus, sub Consulatu Basilii vicies semel Indictione decima notatur tam ab his, qui Indictiones a Martio, quam ab aliis, qui ab Decembris die xxv. aut Kalendis Januarii sequentibus ordiuntur. Verum priores a Kalendis Januarii ad VIII. Kalendas Apriles Indictionem adhuc tertiam putabant. Concurrebant autem ambo in eamdem Indictionem quartam, ipso die Incarnationis, Martii xxv. a quo scilicet Cassiodorius annum Christi numerat quingentesimum sexagesimum secundum.

Non igitur eodem anno, iisdemque Consulibus umbo hæc initio conveniunt Incarnationis scilicet, & Natalis Domini. Qui enim a Natali incipiunt, hoc est xxv. Decembris, eorum epocham non sequuntur, qui ab Incarnatione, hoc est xxv. Martii numerant: sed tribus mensibus anteverrunt: ut & Græci, anni plus semisse: qui, quod vel pueri norunt, Indictiones suas olim a xxIV. Septembris, postea vero a Kalendis exorsi sunt. Quod posterius, ut alios omittam, Gregorius Κεραμεὺς Taurominitanus Archiepiscopus indicat Homilia εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς Ἰνδίκτου ἤτοι τοῦ νέου ἔτους

Cæterum quod de Indictionum epocha dixi, meminisse cum primis oportet eos qui Græcorum historias attingunt, dum Imperatorum annos simul & cum Indictionibus, & cum annis Julianis comparant. Nam qui a Kalendis Januarii annum ineunt, id quod hodierni scriptores faciunt, annum quemlibet ea Indictione notare debent, quæ ex Constantinopolitana methodo a Kalendis Septembris anni anterioris initium habuit, in quam Juliani anni primordium incidit, non ab ea, quæ eodem anno nonnisi VIII. vertentibus mensibus inchoatur. Tum vero si qui Imperatores exeunte aliquo anno Juliano Imperium auspicati sunt, non ab iis cognominari hunc annum, sed ab antecedentibus par est, qui majore anni parte adhuc Imperio præfuerunt.

Edit. Paris. pag. 53.

Hæc levissima quidem sunt, sed a quibusdam minus animadversa: ex quo Heraclii, ut initio præfatus sum, annorum ordo labefactatus est.

Niceph. hist.

Siquidem primus illius annus Indictione Constantinopolitana cœpit XIV. A. C. IↃCX. Octobri mense, ut ex Theophane, Cedreno, aliisque constare potuit. Quare anno sequente, eadem Indictione labente, aut ineunte Romana, numerari primus Heraclii debuit, cum antecedentem majori ex parte Phocæ VIII. occupasset. At illi Heraclii secundum Christi IↃCXI. signarunt. Ita primus ejusdem Imperatoris annus trimestri spatio circumscriptus est. Quam labem cum homines eruditi facile deprehendissent, ita emendare sunt aggressi, ut annis Phocæ nonnisi VII. attributis, pro octavo, qui in Christi IↃCX. incidit, Heraclii I. inscripserint. Sed illud erat errorem errore corrigere, vel veteri potius novum adstruere. Nam & Phocæ VIII. adimere contra historiæ fidem est, quem constat VIII. solidos annos, binis exceptis mensibus, implesse, uti pluribus postea demonstrabimus. Sed & Constantini Manassis id versus indicat,

Ἐφ' ὅλοις ὀκτὼ ἐνιαυτοῖς ἐβίωσε, τυραννήσας.

Et ne sic quidem insequentium annorum vitia sublata sunt. Nam Heraclii primus, si Romanam Indictionem sequare, ad XIV. majori ex parte referendus est. Secundus item cum XIV. copulandus cum ex illa menses integros IX. ex hac tres sibi solummodo vendicet. Alioqui & Phocæ I. qui sesquimense fere Heraclianam epocham sequitur, anno quo cœpit IↃCII. tribuendus fuit, quem iidem illi Mauricii XX. merito nuncuparunt.

Par huic & affinis error in Justiniani annos iisdem de causis irrepsit, quod annis Christi, sive Julianis tam Indictionum initia, quam Imperii annorum epochæ perperam illigantur. Creatus est Justinianus Imperator Kalendas Aprilis Indictione V. a quo die tempus Imperii numeratur, ut est in Alex. chronico: adstipulantur & Theophanes, ac Marcellinus in Chronico. Annus erat Christi IↃXXVII. quo Indictio V. Septembris antecedentis anni inchoata decurrit. Hujus Imperatoris A. V. ut est apud Theoph. Alexandr. Chron. & alios, Indictione X. ingens Constantinopoli tumultus ab Anastasii nepotibus excitatur, quem iidem illi fusissime describunt. Annus hic in annalibus est Christi IↃXXXI. Id quod etiam Calvisius secutus est. At enim cum Indictio X. non nisi A. IↃXXXI. Septembri mense inierit, eademque A. IↃXXXII. propagata sit, necesse est seditionem illam hoc posteriore anno, si quidem Julianos sequimur, contigisse. Quod & feriarum characteres confirmant in Alex. Chron. ubi 778. hoc anno Januarii XVI. Parasceve fuisse scribitur, & sequenti die sabbatum, inde XVIII. die Dominicam. Hoc vero non alteri quadrat, quam IↃXXXII. anno, cyclo Solis IX. bissextili littera Dom. D.

Ab hoc fonte in alios ejusdem Imperatoris annos derivata sunt vitia. Sed insigne hoc est præ cæteris. Anno Justiniani XIX. Indict. IX. adhuc labente accidit Paschatis ἀποκρεὼ, ut scribit Cedrenus ac Theophanes. Hujus, qui jam editus est, verba subjiciam: Καὶ ἐγένετο σεισμὸς μέγας ἐν Βυζαντίῳ, καὶ ἀποκρεὼ περὶ τοῦ ἁγίου Πάσχα· καὶ ἐποίησαν οἱ δῆμοι τὴν ἀποκρεώσιμον μηνὶ Φεβρουαρίῳ Δ. ὁ δὲ βασιλεὺς προσέταξεν ἑτέραν ἑβδομάδα προτεθῆναι κρέα, καὶ πάντες οἱ κρεοπῶλαι ἔσφαζον καὶ προετίθουν, καὶ οὐδεὶς ἠγόραζεν ἢ ἐσθίων. τὸ δὲ Πάσχα γέγονεν ὡς ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσε, καὶ εὑρέθη ὁ λαὸς νηστεύων ἑβδομάδα περιττήν. Egregius sane locus, & quem ab omnibus intelligi etiam Græci sermonis ignaris interest. Quare ejus interpretationem ex Miscella subscribam. *Et factus est terræmotus magnus Constantinopoli, & eversio die sancto Paschæ, & cœpit vulgus abstinere a carnibus mense Februario die VI. Imperator autem præcepit alia hebdomada carnem apponi: & omnes carnium venditores occiderant & apposuerunt, & nemo edebat, aut emebat. Porro Pascha factum est ut Imperator jussit, & inventus est populus jejunans hebdomade superflua.* Ex quibus colligitur populum præfixum ab imperatore terminum hebdomada solida prævenisse. In annalibus confertur hoc in A. C. IↃXLV. Verum sequenti plane contigit IↃXLVI. Justiniani XIX. nondum evoluto (quod ipsum Scriptoribus imposuit) inchoata jam Indict. IX. In quo vene-

pag. 54.

F

menter hallucinantur, qui aut errorem illum Justiniano tribuunt, aut ullam omnino Paschatis διαφορὰν accidisse scribunt, uti Cedrenus, Theophanes, & alii, qui secum ipsi perspicue pugnant. Etenim si ex Imperatoris præscripto, (quod canoni consentaneum fuisse mox ostendemus) Pascha celebratum est, nulla ejus profecto διαφορὰ fuit, sed τῆς ἀποκρεωσίμου ἑορτῆς dumtaxat, quam vulgus imperitum cum Quartadecimanis contra canonem injerat Februarii IV.

Hoc enim anno cyclus Lunæ fuit XV. cyclus Solis Romanus XXIII. Lit. Dom. G. Concurrentes, sive Epactæ Solis VII. Novilunium Paschale XIX. Martii. Terminus vero Kal. Apr. quæ cum Concurrentibus dant Feriam I. Quare prorogandum tempus ex Canone, & Aprilis VIII. Pascha celebrandum, ut scivit Justinianus. Rursus ex eodem Maximi Computo Terminus τῆς παραθέσεως τῶν ἁγίων νηστειῶν, sive τῆς ἀποκρεωσίμου ἑορτῆς. Februarii IV, quæ cum ἐπακταῖς totidem, & Concurrentibus nullis dat Feriam I. proindeque diffundendus dies in IX. Februarii. Cum igitur populus ante legitimum tempus in ipsomet Termino Jejunium, sive Quadragesimam, sive potius Πεντηκοστὰ εχ τὴν inchoasset Febr. IV. celebraturus Pascha Kal. Aprilis, Justinianus edixit. ne ante VIII. Aprilis ageretur. Itaque hebdomadem unam ad VIII. solemnes addidit: qua religiosissima plebs interrumpere jejunium noluit, & oblatas carnes respuit. Cæterum in hujus explicatione loci mirifice aberrat Scaliger L. IV. de Emendat. Temp. cum apud Cedrenum pro Δ. hoc est IV. Februarii, IΔ, hoc est XIV. rescribit, & LIII. dies jejunasse populum, atque ab esu carnium abstinuisse scribit, cum ex consuetudine XLVI tantum dies jejunio sint attributi. Verum ex Maximi Computo, quem ipse in calcem libri sui conjecit, manifeste convincitur. Maximus enim ad eruendam τὴν ἀποκρεώσιμον ἑορτὴν indagari primo jubet cyclos Solis ac Lunæ ex Lunari periodo, tum Concurrentes. Hæ cum ἐπακταῖς, si ullæ sunt, & τῇ τοσιαδε dant Feriam. Quod si in sequentem Dominicam, ut in Paschate fieri solet. Addit usum ψηφισμοῦ in A. Heraclii XXXI, qui est Christi IↃCXLI.

Hoc ut planius intelligas, scito Græcos Quadragesimæ jejunium a Dominica, quam nos Sexagesimæ vulgo dicimus, inchoare solitos: quod quidem ex Maximi computo colligimus, ubi ἡ ἀποκρεώσιμος ἑορτὴ, LVI diebus ante Pascha celebratur. Atque idem apud Albinum Flaccum legitur Lib. de Divinis Off. c. de Septuag. his verbis. *Græci proximam hebdomadam, I. Sexagesimam sanctificant suo jejunio Clerici nostri auctore Telesphoro Papa, sequentem, id est, Quinquagesimam, qui constituit VII. hebdomadarum jejunium ante Pascha.* Cujus instituti ea ratio est. Græci die Dominico, & Sabbato non jejunant, excepto Sabbato magno, ex præscripto veteris Canonis, qui est inter Apostolicos LXV; cui quidem usus Occidentalis Ecclesiæ derogavit. Igitur quemadmodum S. Romana Ecclesia, quæ τεσσαρακοστὴν init a Dominica, quæ Quinquagesimam sequitur, quaternos dies adjecit, & retro Jejunium promovit ad feriam IV, quam caput jejunii Rituales libri veteres appellant, ut Christiani XL. dies solidos τὴν νενομισμένην ἀποχὴν non modo κρεῶν verum etiam cibi omnis observent, propterea quod a Dominica XL. ad Sabbatum sanctum dies sunt XLII, de quibus VI. Dominicis ἀνηστεύτοις exemptis, XXXVI. dumtaxat residui sunt: ideo quaterni illi dies extra ordinem arrogandi. Ita Græci, qui Sabbatis peræque ac Dominicis non jejunant, proindeque de XXXVI diebus VI alios aut saltem V decerpunt, X dies ex antecedentibus repetunt, & anteriores hebdomades duas adjiciunt, ex quibus Dominicis duabus, totidemque Sabbatis expunctis, X. sunt ἀπόσιτοι dies, adeo ut universæ ἀποκρεώσιμοι dies sint LVI, ἀπόσιτοι vero XL vel XLI. Edit. Paris. pag. 55. ex his patet Constantinopolitanum populum non LIII dies pro XLVI, ut putat Scaliger, sed pro LVI. legitimis LXIII a carnibus abstinuisse. Idipsum & ex Græcorum Horologio didicimus: idque insuper, Dominicam Quinquagesimæ vocari ab iis τὴν Κυριακὴν τῆς τυροφάγου. Caussam addunt hoc Scholio. Εἴρηται δὲ, ὅτι τῇ τετράδι καὶ παρασκευῇ τῆς τυροφάγου μετὰ τὴν θ. ἐσθίομεν τυρὸν καὶ ᾠὰ, διὰ τοὺς Ιακωβίτας, καὶ Τετραδίτας, κατὰ τὸν κανόνα τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Νικηφόρου Κωνσταντινουπόλεως. Quamobrem ante magnam Quadragesimam mollius laxiusque jejunium est. Iccirco Dominicam Quadragesimæ vocant πρώτην τῶν νηστειῶν, ἤτοι τῆς ὀρθοδοξίας. Atque hoc unum exemplum sectariis, ac τῆς τεσσαρακοστῆς osoribus, si os ullum haberent, cum silentio pudorem incutere potuit.

Nunc antequam ad Nicephori Breviarium aggrediar, libet hoc loco Chronologica Synopsi priores Heraclii duntaxat annos comprehendere, in quibus potissimum illustrandis operam posuimus, ut historica serie perspecta, facilius quæ a nobis disputanda sunt Lector intelligat.

SYNOPSIS CHRONOLOGICA HERACLII ANNORUM XVIII.

ANNO DOMINI IↃCX. *INDICT.* XIII.

Phocæ VIII. *Cyclo. Lunæ* III. *Solis* III.

HOc Anno Sergius Patriarcha Constant. creatur. Aprilis XVIII. Sabbato Magno.

Heraclius a Crispo Phocæ genero & Senatu Constantinopol. litteris evocatus ex Africa Phocam opprimit, & ex A. D. Non. Oct. Imperium auspicatus est, Indict. Constantinopoli XIV jam inchoata. Moxque Eudociam Augustam uxorem ducit.

Sanctus Joannes Eleemon Alexandriæ Episcopus saltem hoc anno creatus putatur.

Anno Christi IↃCXI. *Indict.* XIV. *Heraclii* I. *Cyclo Lunæ* VI. *Solis* IV.

Heraclius Januarii XIV. die Consulatum init.

Persæ Majo mense Syriam infestant. Apameam, & Edessam occupant.

Epiphania Heraclii F. nascitur Julii VII. Fer. IV. quæ eadem Eudocia dicta.

Anno Christi IↃCXII. *Indict.* XV. *Heraclii* II. *Post Heraclii Consulat. Cyclo utrobique* V.

Heraclius Junior, qui & Constantinus, nascitur in suburbano Sophianorum Maii III. Feria IV.

Eudocia Heraclii uxor moritur Aug. XIII. Dominica.

Epiphania Heraclii F. in Palatio coronatur a Sergio Octob. IV. Indict. I. Constantinopolitana.

Anno Domini IↃCXIII. *Indict.* I. *Heraclii* III. *Post ejus Cos.* II *Her. Jun.* I. *Cyclo Solis & Lunæ* VI.

Heraclius Junior Januarii XXII. Feria II. coronatur.

Edit. Parif. pag. 56.

Anno Domini ɪↄcxɪv. *Indiƈt.* ɪɪ. *Heraclii Sen.* vɪɪ.
Poſt Coſ. ɪɪɪ. *Heraclii Jun.* ɪɪ. *Cyclo Lunæ Soliſque* vɪɪ.

Heraclius Martinam ſororis filiam ducit uxorem.
Perſæ Damaſcum expugnant.

Anno Domini ɪↄcxv. *Indiƈt.* ɪɪɪ. *Heraclii Sen.* v.
Poſt Coſ. ɪv. *Heracl. Jun.* ɪɪɪ. *Cyclo utrobique* ɪx.

Perſæ Judæam in poteſtatem redigunt, Hieroſolymam capiunt: Sanctam ac vivificam Crucem in Perſidem transferunt Junio menſe. Chriſtianorum xc. M. perimunt. Zachar iam Patriarcham abducunt.
Conſtantinus alter ex Martina naſcitur, & in Blacherois a Sergio baptizatur.

Anno Domini ɪↄcxɪ. *Indiƈt.* ɪv. *Heraclii* vɪ.
Poſt Coſ. v. *Herac. Jun.* ɪv. *Cyclo utrobique* ɪx.

Saes a Choſroe miſſus Ægyptum, Alexandriam, & Africam occupat. Inde ad Chalcedonem uſque cum copiis profectus cum Heraclio paciſcitur, ejuſque Legatos ſecum in Orientem ad Choſroem deducit. A quo miſerrime necatur.
S. Joannes *ἐλεήμων* anni bujus initio moritur.
S. Anaſtaſius Perſa in Sais caſtris militans Chriſtianam fidem amplectitur, indeque Hieroſolymam pergens monacham profitetur.

Anno Domini ɪↄcxvɪɪ. *Indiƈt.* v. *Heraclii* vɪɪ.
Poſt Coſ. vɪ. *Heraclii Jun.* v.

Heraclius Junior Kal. Jan. inito Conſulatu Conſtantinum fratrem Martinæ F. Cæſarem creat.
Perſæ Carthaginem expugnant.

Anno Domini ɪↄcxvɪɪɪ. *Indiƈt.* vɪ. *Heraclii* vɪɪɪ.
Poſt Coſ. vɪɪ. *Heraclii Jun.* vɪ.

Legati ab Heraclio rurius ad Choſroem miſſi re infecta redeunt.
Auguſto menſe Conſtantinopoli ſportularum largitiones ſublatæ.

Anno Domini ɪↄcxɪx. *Indiƈt.* vɪɪ. *Heraclii* ɪx.
Poſt ejus Coſ. vɪɪɪ. *Heraclii Jun.* vɪɪ.

Avares in Thraciam irrumpunt, & illectum per ſpem impetrandæ pacis Heraclium circumveniant. Chaganus cum ingenti præda revertitur.

Anno Domini ɪↄcxx. *Indiƈt.* vɪɪɪ. *Heraclii* x.
Poſt ejus Coſ. ɪx. *Herac. Jun.* vɪɪɪ.

Cum Avaribus pax compoſita. Perſæ Ancyram capiunt.

Anno Domini ɪↄcxxɪ. *Indiƈt.* ɪx. *Heraclii* ɪx.
Poſt ejus Coſ. ɪx. *Herac. Jun.* ɪx.

Heraclius ex Europa copias in Aſiam tranſportat.

Anno Domini ɪↄcxxɪɪ. *Indiƈt.* x. *Heraclii* xɪɪɪ.
Poſt ejus Coſ. ɪx. *Herac. Jun.* x.

S. Anaſtaſius Perſa martyrium obit in Perſide.
Heraclius celebrato Paſchatæ Apr. ɪv. in Orientem proficiſcitur, relicta Bono Patricio, & Sergio Conſtantinopolitanæ urbis cuſtodia.
Inde cum Perſarum Ducibus in Armenia & Perſide pugnat.
Appetente hieme exercitu per hiberna dimiſſo Conſtantinopolim revertitur.

Anno Domini ɪↄcxxɪɪɪ. *Indiƈt.* xɪ. *Heraclii* xɪɪɪ. pag. 57.
Poſt Coſ. xɪɪ. *Herac. Jun.* xɪ.

Heraclius Martio menſe celebrato ad Nicomediam Paſchate contra Perſas cum Martina conjuge perrexit, remiſſis Conſtantinopolim liberis.
Sarbarus a Choſroe in Bithyniam miſſus e veſtigio revocatur.
Heraclius Perſidem ferro flammiſque populatur, fugientemque Choſroem perſequitur. In Albania demum hiemat.

Anno Domini ɪↄcxxɪv. *Indiƈt.* xɪɪ. *Heraclii* xɪv.
Poſt Coſ. xɪɪɪ. *Heracl. Jun.* xɪɪ.

Heraclius Sarbazanem & Sarablancam Choſrois Duces, necnon & Sainum tribus præliis ſuperat. Inde hiemem in Albania traducit.

Anno Domini ɪↄcxxv. *Indiƈt.* xɪɪɪ. *Heraclii* xv.
Poſt Coſ. xɪv. *Heracl. Jun.* xɪɪɪ.

Heraclius Martio menſe per Syriam ad Tygrin pervenit. Inde datis ad Conſtantinopolitanos litteris cum Sarbaraza pugnat. Multa in eo prælio ſupra humanas vires ſtrenue ac fortiter edidit. Superveniente nocte, ac prælio dirempto Barbari fugiunt.

Anno Domini ɪↄcxxvɪ. *Indiƈt.* xɪv. *Heracl.* xvɪ.
Poſt Coſ. xv. *Herac. Jun.* xɪv.

Choſroes tot cladibus exacerbatus conſcriptis ex omni hominum conditione copiis earum partem cum Sarbaraza Duce Conſtantinopolim mittit, partem aliam Saino Duci tradit, & adverſus Heraclium objicit.
Avares a Sarbaraza ſolicitati Conſtantinopolim obſident. Sed B. Virginis ope liberata Urbe, Barbari pene omnes interempti.
Heraclius, qui triſariam exercitum diviſerat, Turcorum auxilia contrahit. Qui eruptione in Perſidem facta, reverſi poſtea ab Heraclio perhumaniter excepti ſunt.
Sais a Theodoro Heraclii fratre victus ex ægritudine animi moritur.
Interim Sarbarazas Chalcedonem obſidere pergit.

Anno Domini ɪↄcxxvɪɪ. *Indiƈt.* xv. *Heraclii* xvɪɪ
Poſt Coſ. xvɪ. *Her. Jun.* xv. *Cyclo Lunæ* ɪ. *Solis.* xx.

Choſroes Razatem Ducem fortiſſimum adverſus Heraclium mittit.
Qui cum Turcis in Perſidem ingreſſus ab iiſdem deſeritur, Anno jam Imperii inchoato xvɪɪɪ. cum Indict. ɪ.
Hinc regione omni longe lateque vaſtata, Decembris demum xɪɪ. die, Sabbato, Razatem cum exercitu ſuo funditus delet. Moxque fugientem Choſroem perſequitur.
Anno Domini ɪↄcxxvɪɪɪ. *Indiƈt.* ɪ. *Heraclii* xvɪɪɪ.
Poſt Coſ. xvɪɪ. *Her. Jun.* xvɪ. *Cyclo Solis* xxɪ. *Lunæ* ɪɪ.

Choſroes fugiens Merdaſen filium ſpreto Siroe ſucceſſorem deſignat.
Ob id Siroe majore natu filio, ac Perſarum principibus conſpirantibus captus ac miſerabiliter occiſus eſt Febr. xxvɪɪɪ. die.
Siroes ab Heraclio pacem impetrat: Qui litteras de rebus a ſe geſtis ad S. P. Q. C. mittit. Eæ xv. Maii ipſa die Pentecoſtes in Eccleſia perlectæ.
Eodem Anno Heraclius Conſtantinopolim revertitur, eoque ſacroſanctam Domini Crucem tranſportat. Quam inſequente vere profectus Hieroſolymis reſtituit.

HERACLII LIBERI.

Edit. Parif. pag. 58.

POstremo ne quid prætereamus quod ad illustrandam hanc historiam pertineat, Heraclii liberos, quorum quidem apud Scriptores mentio fit, hoc loco subjiciemus.

Heraclii filii ex	Eudocia	Eudocia, *sive* Epiphania.	*Niceph. pag.* 9. & 12.
		Heraclius, *sive* Constantinus junior.	*Niceph. pag.* 4.
	Martina	Flavius.	*de quibus Niceph. pag.* 8.
		Theodosius.	
		Constantinus.	*Cedren. & Theophan.* 4.
		Heraclius.	*Niceph. pag.* 9.
		David.	*Niceph. pag.* 15.
		Marinus.	
		Augustina.	
		Martina.	

Præter istos alios etiam suscepisse liberos videtur, ac filias saltem duas. Nicephorus enim pag. 10. Heraclium, dum adhuc in Perside moraretur, duos amisisse filios, totidemque filias narrat. Quare ut masculos ambos Flavium ac Theodosium esse suspicemur, filias saltem ab Augustina & Martina diversas oportet esse; cum has ipsas aliquanto postea tempore Augustas appellatas esse scripserit. p. 15.

Ad hos omnes adjiciendus est naturalis filius Joannes cognomento Atalaricus, de quo pag. 10. c.

Sed jam ab Heraclii Imperatoris historia operam nostram in Historicum ipsum transferamus.

Pag. 3. ΩΣ παρὰ πολλοῖς ᾄδεται. Eadem fere verba sunt apud Theophanem. *Καὶ οἱ μὲν Πέρσαι ἔξω τῆς πόλεως ἐτυράννουν Ῥωμαίους. Φωκᾶς δὲ ἔνδον τὰ χείρονα αὐτοῖς ἐποίει φονεύων καὶ αἰχμαλωτίζων.* Hujus furiæ mores præ cæteris elegantissimis versibus expressit Constantinus Manasses:

Διὸ οἱ περὶ τὴν Λιβύην.) Addunt Theophanes, Zonaras, Constantinus & alii, a Senatoribus, ipsoque adeo Prisco Phocæ genere solicitatum ad defectionem Heraclium Heraclii Imperatoris patrem Africæ Præfectum, cujus tum Legatus erat Gregoras Patricius. Sed quod noster amborum liberos pari jure ad spem Imperii missos Const. asserit, Heraclium maritimo, Nicetam terrestri itinere, cum pactione illa, ut qui prior pervenisset, Imperium obtineret, tametsi adstipulatorem habet cum Theoph. Zonaram, vix est ut credam. Quam enim ridicula Nicetæ conditio! cui per squalentes, arenososque tractus infinito propemodum circuitu petenda Constantinopolis fuit: nisi hunc fortassis non in Africa tum fuisse, sed Alexandria profectum dixeris. Verum ne sic quidem sine navibus urbem adire potuerit. Theophanis, quia nondum hic Auctor editus est, verba subjiciam. *Ἡράκλειος δὲ ὁ στρατηγὸς Ἀφρικῆς ἐνοχλούμενος ὑπὸ τῆς Συγκλήτου ἐξέπεμψε τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἡράκλειον, τοῦ ἀπολῦσαι κατὰ Φωκᾶ τοῦ τυράννου. ὁμοίως καὶ ὁ ὑποστράτηγος αὐτοῦ Γρηγορᾶς ἀπέλυσε διὰ ξηρᾶς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Νικήταν, συσχήσαντες ἵνα ὅστις προλάβῃ καὶ νικήσῃ τὸν τύραννον βασιλεύσῃ.* Addit Octobri mense solvisse Heraclium ex Africa, anno ut putat ab orbe condito IↃↃCIↃCII. Christi vero IↃCII. Octob. IV. Feria II. Indict. XIV. Verum non secunda feria, sed prima potius fuerit Octobris quarto, cyclo Solis III. litera Dom. D. Emendandus igitur ex Alexandrino Chronico, quod nuper R. P. Raderus noster edidit: Cujus hæc verba sunt. *Τούτῳ τῷ ἔτει* (VIII. scilicet Phocæ) *ὑπερβερεταίῳ, κατὰ Ῥωμαίους Ὀκτωβρίῳ γ´. ἰνδικτιῶνος ιδ´. ἡμέρᾳ ζ´. ἀναφαίνονται πλοῖα ἱκανὰ κατὰ τὸ Στρογγύλον καστέλλιον, ἐν οἷς ἦν καὶ Ἡράκλειος ὁ υἱὸς Ἡρακλείου.* Ergo Octobris III, feria VII. Heraclii classis appulit ad castellum Rotundum. At Theophanes *πλοῖα καστελλωμένα* vocat, hoc est, ut Paulus Diaconus L. XVIII. reddidit, *castellatas*, sive *turritas naves*. Proinde Octobris quarto fuit feria prima. pag. 59.

Ἀνδρῶν πληρώσαντες.) Forte *πλοῖα* pro *πλοῖ*. Nam *πληρῶσαι* aliquem, pro eo quod est instruere copiis, insolens est, nisi accusativus subaudiatur.

Φθάνει Νικήταν ἀπλοΐας) For. *ἀπλοΐαις*. Quod ad Nicetam spectat, vide num de eo accipienda sint duo illa disticha quæ sunt Anthol. L. IV. c. I.

Κρίσπος δέ.) Huic Domentiam filiam Tyrannus uxorem dederat, quem Patricium & Comitem Excubitorum ait fuisse Theophanes. De appellatione ipsa cum mirifice Scriptores discrepent (Priscum enim Theoph. Zonaras, Nicephorus Callixti, aliique nominant) ego Crispum cum Nostro, ac Cedreno, & Georgio Syncello rescribendum puto. In Anthol. L. 4. epigramma quoddam extat *εἰς εἰκόνα Κρίσπου*, quo ipsum a magnificentia prædicat, & amplissima quæque ab Imperatore vovet.

Ὄπτιμα δέ) De sententia propemodum constat: Verba ipsa depravata. Vide an verum sit, *τὸ τλμικα δέ.*

Ὡς δὲ παρυβρισμένος.) Contigit hoc A. Phocæ V. Christi IↃCVII. Vide Zonaram. Theophanes; *Τούτῳ τῷ ἔτει Φωκᾶς ὁ τύραννος ἔζευξε τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα*

Δαμεντζίου Πρίσκῳ τῷ πατρικίῳ ἐξ κόμητι τῶν ἐξκουβιτώρων. Καὶ γενομένου τοῦ γάμου ἐν τῷ παλατίῳ τῶν Μαρίνης ἱππικὸν ἐπετελεῖτο. οἱ δὲ δημαρχοι τῶν δύο μερῶν ἐν τοῖς τετραπλοῖς αὐτῶν τῶν βασιλικῶν λαυράτων ἔστησαν Πρίσκου καὶ Δομεντζίας λαυράτα. ταῦτα ἰδὼν ὁ βασιλεὺς ἠγανάκτησεν. Cætera vide apud Diaconum.

Οἱ τῶν ἀντιθέτων χρωμάτων.) Prasinos intelligit, qui Phocæ initio faverant, & ad obtinendum Imperium adjutores fuerant: sed postea contumeliose in eum multa fecerunt, & dixerunt, in eosque vicissim Tyrannus omni sævitia bacchatus est. Scribit Theophanes A. Christi IↃCIX. Circensibus ludis hæc in eum jactasse Prasinos, πάλιν εἰς τὸν καῦκον ἔπιες, πάλιν τὸν νοῦν ἀπώλεσας. Hoc est, ut interpretatur Diaconus, *Iterum in gabatha bibisti. iterum sensum perdidisti.* Quibus incensus ille multos ex eis interfecit, ac postremo Prasinos omnes edixit μηκέτι πολιτεύεσθαι, *in Civium esse numero*; quod Diaconus, *militare*, reddidit. Vel potius idem est πολιτεύεσθαι, ac publicum in Repub. munus gerere. Quo sensu forsitan *militare* a Paulo usurpatum est: quomodo & recentior ætas militare dixit; pro eo quod est functiones aliquas gerere, ut Officiales, Scribæ, Apparitores, &c. qui togatam militiam obibant. Ex iis mutata sententia, Venetis illum favisse postea constat. Ideo post ejus necem, Venetum bandum seu vexillum in circo combustum est, ut in Alexandrino Chronico legimus. Porro hoc loco φασὶν, ut erat in schedis, reliquimus.

Τοῖς περὶ τὴν Καισαρίου.) Incenderant & antea Prætorium, quo suæ factionis homines a Phoca vinctos ad necem eriperent. Zonaras, Theophanes, & alii. Fuit Constantinopoli nobilis Basilica Cæsarii titulo, vel vicus fortassis hujus nominis, in quo tabernæ, & ædificia quædam, quæ Justiniani tempore conflagrarunt. Theop. A. Justiniani XXXV. Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ἡμέρᾳ δ΄, ἰνδικτ. ς΄. ὥρᾳ μιᾶς βραδείας γέγονεν ἐμπρησμὸς μέγας εἰς τοῖς Καισαρίου, ἕως τῶν λεγομένων Ομφακοπωλείων καὶ τὰ ἐργαστήρια, καὶ οἱ στύλοι ἕως τοῦ Βοὸς, Supplendum ex Cedreno. καὶ ἐκεῖθεν ὅλα τὰ ἐργ. &c. Idem Cedrenus οἱ στύλοι τοῦ Βοὸς scribit. Apparet τὰ Καισαρίου, vel περὶ τὴν Καισαρίου vicena fuisse ampla cuidam Basilica ἐργαστήρια, ædificiaque id genus alia: quæ post incendium illud instaurata, denuo sub Heraclii adventum incensa sunt a Bonoso quodam, qui, ut ait in Alex. Chron. μετὰ τὸ βαλεῖν αὐτὸν πῦρ πλησίον τῶν Καισαρίου, in fuga interemptus est.

Edit. Paris. pag. 60. Φώτιος δέ τις) Zonaras, Cedrenus, &c. Photinum hunc appellant. Chron. Alex. Photium, quem ait Curatorem fuisse τῶν Πλακιδίας, id est domus Placidianæ. Cujus muneris meminit Theoph. loco proxime citato, nec non & Curatoris τῶν Μαρίνης, quæ Arcadii filia Nobilissimæ titulo insignitur. Utriusque domus in Regione I. Constantinop. censentur. In eodem illo Chronico legimus Photium cum Probo Patricio Phocam ex æde Michaelis Archangeli, quæ in Palatio erat, abstraxisse, τῇ ε΄. τοῦ αὐτοῦ μηνὸς Ὀκτωβρίου ἡμέρᾳ δευτέρᾳ, hoc est VI. Oct. Feria II. Sed pro Octobris ε΄. substituendum est ς΄. Nam si ejus mensis III. Feria VII. fuit, ut paulo ante dixerat, necesse est Feria II. ejusdem V. die fuerit.

Pag. 6. Κατὰ τὴν τοῦ Βοός.) Zonaras. Τὸ δὲ δύστηνον σῶμα κατεδήωσαν κατὰ τὸν Βοῦν, ἔνθα ἐπὶ καμίνου, ὡς λέγεται, ἐκ χαλκοῦ κατεσκευασμένης σχῆμα Βοὸς ἔχοντος, ὕστερον ἐν Παγγαίῳ κειμένου. ἐξ οὗ καὶ ὁ τόπος ὠνόμασται. Erat in Regione XI. Constantinop.

Καὶ τὴν βασίλισσαν.) Una cum Fabia, quæ ut ait Cedrenus, Eudocia postea dicta est, conjuge. Theophanes, Εἰσελθὼν δὲ Ἡράκλειος εἰς τὰ βασίλεια ἐστέφθη ὑπὸ Σεργίου Πατριάρχου ἐν τῷ Παλατίῳ. Ἐστέφθη δὲ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ἡ μεμνηστευμένη αὐτῷ Εὐδοκία Αὐγούστα, καὶ ἔλαβον ἀμφότεροι παρὰ Σεργίου τοῦ Πατριάρχου τοὺς στεφάνους τοῦ γάμου.

Ἐν τούτοις τίκτεται παῖς.) Cedrenus tertia die Maii A. Heraclii 2. natalem illius consignat. Addit Theophanes Indict. XV. ut & Paulus Diaconus in Miscella. In quo aberravit Sethus Calvisius, dum id in annum conjicit Christi IↃCXI. Si Indictiones A. C. CCCXII. cœpere Sept. XXIV. Anno IↃCX. Heraclii primo inchoata est eodem Septembri XIV. Indictio, quæ usque ad Septembrem A. IↃCXI. duravit, quo XV. successit. Iden Constantini hujus ortus incurrit in A. Christi IↃCXII. mense Majo, labente adhuc Indiction. XV. Accedit feriæ character ex Alexand. Chron. ubi natus scribitur in suburbano Sophianorum, Maii tertio, feria IV. Quippe cyclus erat Solis V. Littera Dom. A. Proinde Maii III. feria IV. Iden corrigendus Theophanes, qui V. natum scribit.

Τυποῦσθαι δὲ αὐτόν.) Non est adoptare, sed e sacro fonte suscipere. Ita postea Nicephorus noster de Hunnis agens. Καὶ τοὺς ἐκείνων γαμετὰς αἱ τούτων αὐτῶν τῷ θείῳ λουτρῷ ἐτεκνώσαντο σύζυγοι.

Καὶ ἅμα λαβόντα τόμον.) Cedrenus: Καὶ τὰ πρὸς Ἡράκλειον γράμματα ἔγγραφα αὐτοῦ κατέχων ὁ Βασιλεὺς, ἐν τῇ χειρὶ ἀρξάμενος Κρίσπου τὴν κεφαλὴν κατὰ τὸ χάρτου ἔπαιε, (pag. 5) πάλαι παρὰ γαμβροῦ ὢν ἐπίστευσας, οὐδὲ ἀληθῶς τοῖς ποιοῖς; In eo itaque libro continebantur τὰ ἔγγραφα αὐτοῦ, hoc est, ut verba ipsa præ se ferunt, litteræ quas ad Heraclium ipse cum aliis Senatoribus dederat, quibusque ad invadendum Imperium incitarat. Tametsi de libello malim accipere, quo accusationis capita criminaque comprehensa. Etenim solemne id fuit, ut qui, ab Imperatore præsertim, reus arcesseretur, ejus genas accusationis libello scriba verberaret. Nicephorus noster in fine hujus Historiæ, de Constantino Patriarcha loquens, quem Copronymus in ordinem redegit. Σπεκουλάτωρα δέ τινα αὐτῷ τῶν βασιλικῶν γραμματέων κομίζοντα ἐν γραμματιδίῳ τὰ κατ' αὐτοῦ, ἄπερ εἰς ὑπήκοον τοῦ ἀθροισθέντος λαοῦ ἀνέγνω, παίειν αὐτῷ κατὰ κόρρης ἐφ' ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν κατηγορημάτων. Idem narrat in A. Copron. 27. Theoph. Καὶ καθ' ἓν κεφάλαιον ἔπαιεν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον ὁ ἀσηκρῆτις. Porro Heraclii verba perperam hic concepta, ut & apud Cedrenum, apud Zonaram ita leguntur. Ὅσα εἰς γαμβρὸν ἐπίστευσας, οὐδὲ φίλῳ ἂν ποιήσειας ποτέ. sed emendandum εἰς γαμβρὸς ut & hoc loco. *Qui socero Phocæ non præstiteris fidem, qui tandem mihi præstabis?* Socero enim legendum, non genero, alioqui γαμβρὸν ποιεῖν nova loquendi ratione erit idem ac generum se præbere. Potest & ex Nicephori, Cedreni, ac Georgii Syncelli verbis alius effici sensus; nimirum Heraclium Crispi filiam olim ambiisse, & ab eo repudiatum, de quo minus constare video. In Alex. Chron. scriptum est Indict. I. Decembris V. Feria III. Crispum in clericum detonsum. Τῷ αὐτῷ ἔτει, μηνὶ Απελλαίῳ κατὰ Ῥωμαίους Δεκεμβρίῳ ε΄. ἡμέρᾳ γ΄ γέγονε Κληρικὸς Πρίσκος ὁ Κόμης τῶν Ἐξκουβιτώρων. καὶ ἀντ' αὐτοῦ γέγονε Κόμης Ἐξκουβιτώρων Νικήτας ὁ Πατρίκιος. Factum hoc est eodem anno IↃCXII. Indict. I. jam inchoata. Pag. 61.

Ὁ Πάπας Κρίσπος.) Observanda hæc appellationis formula. Papam vocat, ut opinor, quod in Clericum attonsus esset. Alioqui solis Pontificibus Papæ nomen attributum.

Τὸ λεγόμενον τῆς χώρας.) Proprium nomen est χώρας. Cedrenus. Ποιήσας αὐτὸν Κληρικὸν, καὶ ἐν τῇ μονῇ τῆς Χώρας περιορίζει, ut & apud Syncellum. Hoc est *in Choræ monasterio claudit*. Nec recte Xylander, *solum vertere jubet*. Theophanes in A. III. Copronymi, monasterii hujus meminit. Μετὰ δὲ λ΄. ἔτη ὁ μνησίκακος καὶ ἀσπλαγχνος βασιλεὺς προσέταξεν ἀπελθεῖν τὴν αὐτοῦ γυναῖκα ἐν τῇ μονῇ τῆς Χώρας. ἐκεῖσε γὰρ ἦν ταφείς, καὶ ἀνασκάψαι τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ καὶ ἐν τῷ ἰδίῳ παλλίῳ βαστάσαι, ἐν εἰς τὰ λεγόμενα Πελαγίου μνήματα τῶν βιοθανάτων ῥῖψαι. Quæ ita Paulus Diaconus vertit: *Post triginta vero annos mali memor, & immisericors Imperator præcepit hujus uxorem in monasterium Choras pergere, illic enim sepultus erat, & hujus ossa effodere, atque in sepulcra, quæ dicuntur Pelagii, in pallio suo portare, & una cum Biothanatis mortuis jacere.*

Τιμωρούμενα δὲ εἰς Κληρικοὺς.) Theoph. A. 4. Phocæ. Τότε καὶ Φιλιππικὸς ὁ γαμβρὸς Μαυρικίου φοβούμενος ἱερωσύνης ἀξίωμα ἀνέλαβε, καὶ ἐν Χρυσοπόλει τῷ Μοναστηρίῳ ὃ ἔκτισε διέτριβεν.

Ὀλίγον δὲ χρόνον.) Anno Heraclii 2. moritur Eudocia, uti scribunt Cedrenus & Theophanes. Qui diem atque Indictionem adnotat, Augusti XIV. Indict. XV. Proinde A. IↃCXII. non antecedenti, ut perperam Chronographi. Consentit Alexandrinum Chron.

quod ad Indictionem attinet, nec de die multum discrepat. Καὶ τῇ ιγ΄. τοῦ Αὐγούστου μηνὸς τῆς αὐτῆς ιε΄. Ἰνδικτιῶνος, ἡμέρᾳ πρώτῃ ἐτελεύτησεν ἐν τῷ Προάστείῳ Βλαχερνῶν Εὐδοκία ἡ Αὐγοῦστα, καὶ ὁ Φαβία, καὶ συνεχθέντος τοῦ λειψάνου αὐτῆς πλοίῳ, ἐν τῷ Παλατίῳ τῆς πόλεως ἐπὶ τοῦ ἐξῆς ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐτάφη εἰς τοὺς Ἀποστόλους. Si Augusti XIII. Dominico die obiit, plane hoc anno ɪↄcxii. Cyclo Solis v. Littera Domin. A. Qui anno superiore mortuam illam scribunt, bis eam peperisse non animadverterunt, neque ante Octobrem anni ɪↄcx. Heraclio nupsisse.

Καὶ τὸ περιέττομα Perspicue leg. περίττωμα.

Τὸ ἀμφίνον.) Schederum putam putam lectionem expressimus, etsi non dubitamus quin ἄμφων substituendum sit. Qua voce inter cæteros usus est Macarius Hom. 5. Καὶ ἀμφιασθῇ ἐκ τῶν δεόντων ἄρρητα ἄμφια ὁρατὰ καὶ λαμπ.

P. 6. Μὴ δίκης τυχόν.) Et hic & alibi passim defecta aliquot particulis, ac copulis oratio. Id quod semel admonere satis est.

Τὸν Βετουλῖνον.) Variant schedæ in hujus nominis scriptione, ut nescias Vitulinusne, an Betulenus, aut Verulenus latine quadret. Quippe B litteram varie ætas illa pronuntiavit, de qua re alibi disputavimus.

Ἡράκλειος δὲ τὸν υἱόν.) Theoph. Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Ὀκτωβρίῳ δ΄. Ἰνδ. α΄. ἐστέφθη Ἐπιφάνεια ἡ θυγάτηρ Ἡρακλείου ὑπὸ Σεργίου Πατριάρχου Αὐγοῦστα ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ἁγίου Στεφάνου ἐν τῷ Παλατίῳ. τῷ δὲ Δεκεμβρίῳ μηνὶ κε΄. τῇ αὐτῇ πρώτῃ Ἰνδ. ἐστέφθη Ἡράκλειος ὁ υἱὸς Ἡρακλείου ὁ νέος, ὁ καὶ Κωνσταντῖνος, ὑπὸ Σεργίου Πατριάρχου. At Chron. Alex. Epiphaniam coronatam asserit eadem Indict. I. & Oct. IV. feria IV sed Constantinam nonnisi anno sequenti ɪↄcxiii. Januarii XXII. feria II. Necessario eo quod dixi anno, cyclo Solis VI. Litter. Dom. G. Ex quo die in Actis adscribi cœpit annus primus Heraclii Junioris. Hic locus quia ad hujus Historiæ διάφορον magnopere pertinet, hic subjiciendus. Καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῦ κβ΄. τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς ἐπιγράφεται γράφεσθαι μετὰ τό (ἐν ὀνόματι) Βασιλείας τῶν θεοστέπτων ἡμῶν δεσποτῶν, τῶν μεγίστων εὐεργετῶν Φλαβίου Ἡρακλείου τοῦ αἰωνίου Αὐγούστου ἔτους γ΄. καὶ μετὰ τὴν ὑπατείαν αὐτοῦ ἔτους β΄. καὶ Φλαβίου Ἡρακλείου νέου, Κωνσταντίνου τοῦ θεοφυλάκτου αὐτοῦ υἱοῦ ἔτους α΄. τῶν αἰωνίων Αὐγούστων καὶ αὐτοκρατόρων.

Τὴν θυγατέρα δέ.) Quænam hæc Heraclii filia Gregoria? Eudocia quidem nonnisi duos Heraclio liberos peperit, Epiphaniam & Heraclium Juniorem. Siquidem Indict. XIV. A. C. ɪↄcx. cum Eudocia, quam antea desponderat, nuptias Heraclius init. Eadem Indict. sed A. ɪↄcxi. Julii VII. nascitur Epiphania, ut etiam Alexand. Chron. habet. Indict. XV. A. ɪↄcxii. natus est Heraclius Junior. Eudocia quarto postea mense moritur. Epiphania porro eadem & Eudocia vocata, Alex. Chron. teste, quam Heraclius Turcarum Principi desponderat. Emendandus igitur hic locus, & Νικήτα τοῦ τὴν ἀξίαν Πατρικίου leg. Gregoriam Nicetæ τὸ Γρηγορίαν filiam Constantino filio adhuc infanti despondit. Quod ex p. 7. hujus libri perspicuum est. (Edit. Paris. pag. 62.)

Κατὰ τὴν τοῦ φόρου.) Insigne hoc forum præ cæteris fuit. In descriptione Constantinopolitanæ urbis IV. fora numerantur. Inter quæ Constantinianum nominatim censetur, Regione VI. & VIII. Theodosianum item Regione V. in qua & Portus Prosforianus, quem ἀπὸ τοῦ προσφορίου deducunt nonnulli. Vide num ex eo nomen illud obtinuerit, quod forum respiceret. Theoph. in A. Copronymi XIII. Ἀπῆλθεν ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ φόρῳ σὺν τῷ Κωνσταντίνῳ τῷ αὐτοῦ υἱῷ. Curopalates lib. de. Off. Κατὰ μὲν τὴν πρώτην τοῦ Σεπτεμβρίου, τοῦ Πατριάρχου μετὰ λιτανείας, καὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων εἰς τὸν πορφυροῦν κίονα παραγενομένου, ἐφ᾽, ᾧ ὁ σταυρὸς ἵσταται, ὃ πάλαι ΦΟΡΟΝ ἐκαλεῖτο, ἀπέρχεται ὁ Βασιλεύς. Cedrenus in Constantino: Καὶ τὸν ΦΟΡΟΝ ἔκτισε, μετά γε τῶν δύο μεγάλων ἐμβόλων, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ φόρῳ κίονα μονόλιθον ἐξ ὁλοπόρφυρον ἔστησεν, &c. Forum hoc igitur Constantinianum fuit.

Χοσρόης δέ.) Quæ de Saito narrantur hoc loco, vix est ut certam iis in annorum ordine sedem attribuas. Etenim Cedrenus anno Heraclii XII. Saitum hunc, quem Σάϊν appellat, e Chosroe missum ad Chalcedonem exercitum adduxisse, ac cum Imperatore collocutum esse scribit, cum eodem anno Pascha ab Heraclio celebratum esset. Quod quidam in magnis illis Annalibus conferunt in annum Christi ɪↄcxxi. Erat Indictio X. non IX. ut illic scriptum est. Apud Theophanem de Sae, legatisque tribus in Orientem missis verbum nullum. Alexandrinum Chronicon colloquium hoc cum Sae, atque Heraclii legationem ad Chosroem notat Indict. IV. etsi Indictionis III. lemma præfixum sit. Subjicit enim; Τούτῳ τῷ ἔτει ἐπὶ Σεργίου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἀπὸ τῆς α΄. ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν Ἰνδικτ. δ΄. &c. Sed multa ordine suo luxata, & alienis titulis subscripta sunt in eo Chronico. Proinde totus hic locus τούτῳ τῷ ἔτει ἐπὶ Σεργίου Πατριάρχου. &c. p. 822. ad Indict. sequentem referendus est, quæ est IV. Heraclii VI. Christi ɪↄcxvi. Siquidem p. 888. Kal. Martii feriam II. fuisse dicit; nempe cyclo IX. Littera Domin. C. Igitur Anno Christi ɪↄcxvi. Indict. IV. Heraclii VI. Saes castra ad Chalcedonem applicuit, & VI. annorum prochronismus a Chronographis, & Historicis commissus est. Nam quod illi A. Heraclii XII. Christi ɪↄcxxi. imo, ut postea demonstrabimus, ɪↄcxxii. ea contigisse volunt post Pascha, falsum inde convincitur, quod anno Heraclii XI. copiæ Romanorum in Asiam ex Europa translatæ sunt. At illud ante Saæ colloquium, Legatosque missos fieri non potuit, ut ex Nicephoro nostro evidens est. Nondum enim Heraclius expeditionem adornarat. Sane quæ de Saito diximus, diu ante Heraclii profectionem ad Chalcedonem cum Imperatore transegisse, adstipulatorem habeo Georgium Syncellum, ex quo Cedrenus ista transtulit, sed nominum, de qua mox disputabimus, affinitate deceptus alieno tempore reddidit.

Ἡγεμόνα τῶν Περσικῶν.) Σάϊν hunc appellat Cedrenus, & Alexand. Chron. cave autem cum altero confundas, quem Σάϊν postea vocat idem Cedrenus, ac Theophanes, Paulus Diaconus Sathin. Quæ nominum affinitas mirifice Chronographis, atque Annalium scriptoribus imposuit. Proinde sic habeto: Quinque omnino Duces a Chosroe contra Heraclium missos. Primus est Σάϊν, quem Saitum appellat Noster, a quo Alexandria, Ægyptus, atque omnis Oriens vastatus est. Hic, quod Heraclium vivum ad Chosroem non adduxisset, detracta cute miserrime periit, ante omnem Heraclii expeditionem, cujus ille Legatos tres e Bithynia in Persidem secum abduxit. Secundus est Sarbarus, de quo crebra deinceps mentio. Idem hic Sarbanazas a Cedreno & Theophane vocatur A. XIII. & Sarbavazas, qui ad oppugnandam Constantinopolim missus in itinere revocatur a Chosroe, jubeturque copiis cum Sarablanca conjunctis cum Heraclio pugnare. Tertius est Sareblancas, de quo meminit Cedrenus, ac Theophanes A. Heraclii XIV. Quartus est Sais, cujus meminerunt iidem A. XIV. XV. & XVI. Quo postremo anno victus ab Heraclio ex mœrore, atque ægritudine mortuus est. Ejus corpus inveteratum, & in Persidem allatum Chosroes plurimis contumeliis affecit. Quintus est Razates, qui A. XVII. ab Heraclio cæsus est. Fit & alterius Ducis mentio a Leontio, qui S. Joannis Ἐλεήμονος vitam edidit, quem is Rasmisaum vocat, a quo vastata scribit loca sancta. Verum Sarbaro id attribuunt cæteri. Sub primo illo Sae militasse S. Anastasium, ac cum eo Chalcedonem venisse, ibidemque Christianam fidem amplexum castra reliquisse in Annalibus scriptum est A. C. ɪↄcxxi. Anno Heraclii XII. Sed cum A. ɪↄcxvi. Heraclii VI. comparandum istud esse paulo ante evidenter ostensum est. Qui Martyris vitam prodidit Simeon Metaphrastes, ita de ejus conversione scribit. *Erat enim ei quidam frater genere, & commilito: ambo autem relati in numerum exercitus Saia, veneruntque usque ad inclytam Chalcedonem. Cum autem divinus Heraclius irruptione facta in Persidem contra Saia retraxisset, rursus Persa reditum aggressus est, & in suam regionem vehementi studio est reversus. Exercitum autem Persicum reliquit Anastasius, &c.* Paulo vero postea, X. hunc Heraclii annum fuisse memo- (pag. 63.)

4

rat, quo ille Hierosolymam profectus in Monasterium receptus est. Ubi VII. annis transactis demum A. Heraclii XVII. passus est. Quæ quidem neque cum Annalibus, neque cum rei veritate consentiunt. Imprimis cum annus numeretur Heraclii X. quo is in monasterium admissus est, male cum A. C. IↃCXXI. componitur. Heraclii quippe X. cœpit A. IↃCXIX. Indict. VII. pervenitque ad Octobrem A. IↃCXX. biennio antequam Heraclius in Orientem pergeret, aut cum ullo Chosrois Duce confligeret, adeoque IV. annis post Saæ digressum, imo post ejus obitum. Restat ut sub altero pene ὁμωνύμῳ Sai stipendia fecerit, cum præsertim Sais non Saes, aut Saitus a Metaphraste nominetur. Verum obstat, quod post Saæ necem non Sais, sed Sarbarus, vel Sarbarazas in Bithyniam exercitum egerit, unde a Chosroe revocatus cum Heraclio certavit. Siquidem, auctore Theophane, & Paulo Diacono, Chosroes A. XIII. Heraclii Sarbanazam cum copiis in Romaniam, ut ait Cedrenus, immisit. Sed e vestigio revocatus est, cum Heraclius in Persidem irrupisset. Cui sese interim Sais objecit. Rursus A. XVI. Heraclii Chosroes bifariam partitis copiis Sarbarum cum L. M. Constantinopolim misit. Cæteros Duce Sai adversus Heraclium opposuit, a quo victus Sais ac profligatus est, cum interim Sarbaras Chalcedonem oppugnaret: qua in obsidione perstitit, nec cum Heraclio deinceps congressus est. Theophanis ac Cedreni verba mirifice cum Metaphraste conveniunt. Τούτῳ τῷ ἔτει (ait Theoph.) Χοσρόης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς νέαν ἐποιήσατο στρατείαν ξένους τε, καὶ πολίτας, καὶ οἰκέτας, ἐκ παντὸς γένους ἐκλογὴν ποιούμενος. καὶ ταύτην τὴν ἐκλογὴν τῷ Σαῒν παρέδωκε στρατηγῷ. Metaphrastes vero. *Cum adolescentiæ* (inquit) *ætatem jam attingeret, & Rex Chosroes novum exercitum in Perside colligeret, ipse quoque cum aliis refertur in numerum tyronum.* Annus XVI. Heraclii cœpit Christi IↃCXXV. Quod si A. XVII. ejusdem Imperatoris passus est, A. Christi id accidit IↃCXXVI. aut IↃCXXVII. Ita non annos VII. sed unum, aut alterum exegit in Monasterio. Aut si omnino cum priore illo Sae Chalcedonem perrexit, A. IↃCXVI. Heraclii VI. Christo nomen dedit, ac IↃCXXI. Heraclii XI. aut insequenti a Chosroe interemptus est, id quod ego verisimilius arbitror. Postremo minime prætereundum Lutherani Chronologi Sethi Calvisii insigne delirium, qui ad A. Christi IↃCXXI. notat, Chosroen Anastasium in Asiam misisse, qui Chalcedonem oppugnaret: sed Anastasium magno Imperatoris bono, relicta superstitione gentili, sacris Christianis initiatum, & postea etiam martyrio coronatum. Cujus rei testem affert Cedrenum. Quo nihil fingi potest ineptius: cum Anastasium ex tirone Ducem faciat. Sed neque de Anastasio apud Cedrenum verbum ullum: & Saes Persarum dux A. Heraclii VI. Chalcedonem pervenit, non utique absente, ut iste fingit, Heraclio. Sed sexcenta sunt ejus generis in ista Chronologia, quam qui scripsit neque Cedrenum, neque alium Græcum ullum scriptorem vidit, sed pleraque ex Illustrissimi Cardinalis Annalibus hausta nullo judicio decerpsit.

Edit. Parif. pag. 64.

Οὗτος ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου) Theophanes ac Cedrenus iisdem uterque verbis Anno id Heraclii VI. contigisse narrant. Proinde Christi IↃCXV, vel IↃCXVI. Quod imprimis observandum est. Nam & hic immane quantum Chronographos ratio fugit, cum Joannis Alexandrini Eleemonis annos, atque obitum describunt. Quem Nicephorus in Chronico sedisse annos X. asserit. Itaque A. Christi IↃCXX. decessisse hunc in Annalibus legitur: & eodem Anno Nicetam Patricium ab Heraclio missum Alexandrinæ Ecclesiæ pecunias in fiscum redigere voluisse. Porro, Leontio teste, priusquam Alexandria in hostium potestatem veniret a Niceta Constantinopolim abductus, in itinere obiit. Verum qui potuit Nicetas in ea urbe, provinciaque pecunias colligere, quam V. jam annos Persæ in potestatem haberent? Quare metachronismus est Annorum V. Quod si Joannes ab Heraclio Alexandrinæ Ecclesiæ præfectus est, quod idem Leontius prodit, ut id anno ejus primo factum sit, nonnisi VI. annos eam Ecclesiam administrare potuit.

Ἐξεστίασι δεῖ ταύτας. Mendosa hæc sunt, ut alia pleraque. Leg. δεῖ & φαίνῃ τ' ἀντωπότε. Paulo antea pro εἰς τι τοῦ ζωῆς For. ἔτι τε.

pag. 7.

Ὅτι ἀτυχής. For. ἀτυχεῖς.

Ταῦτα ἐπὶ τέλει.) Neque hæc saniora: Ex quibus tamen germanum sensum odorari studuimus. Leg. hic vero ἐπιτιλῶ.

Ὀλυμπίους μὲν) Iidem plane recensentur in Alexand. Chron. in Epist. Heraclii ad Chosroen. At Cedrenus LXX. ex magnatibus profectos asserit: sed perperam. Expungenda enim littera ο, ut & apud Theophanem, quæ numerum illum apud Græcos indicat. Anastasius porro in eodem Chronico πρεσβύτερος καὶ Σύγκελλος nominatur.

Ἐξ οὗ καὶ τὰ πλεῖστα) Chronicon Alexand. Τούτῳ τῷ ἔτει ἀπῃτήθησαν οἱ κτήτορες τῶν πολιτικῶν ἄρτων τῶν γραφῶν καθ' ἕκαστον νομίσματα γ'. καὶ μετὰ τὸ παρασχεῖν πάντας, Αὐγούστῳ μηνὶ τοῦ ς'. ἰνδικτιῶνος ἀπηρτίσθη τελείως ἡ χορηγία τῶν αὐτῶν πολιτικῶν ἄρτων. Itaque Indict. VI. A. Heraclii VIII. Mense Augusto, hoc est Christi IↃCXVIII, annona suppressa est.

Καὶ οἱ χιλιάδες τῶν ταῦτα) Nihil apud alios scriptores de ejusmodi Heraclii consilio legere memini.

Ὁ γοῦν ἱεράρχης.) Caussam aperit hæc historia, quam cæteri dissimulant, cur jurejurando se populo Heraclius obstrinxerit. De quo Theoph. Anno Herac. XII. Πιστὰ δοὺς τῷ λαῷ ὡς σὺν αὐτοῖς μέχρι θανάτου ἀγωνίσεται, καὶ ὡς τέκνοις οἰκείοις τούτοις συναφθήσεται. Paulus Diac. *Juramenta dans populo, quod cum ipsis usque ad mortem foret certaturus, & tamquam propriis filiis adhæsurus.*

Καὶ ὁ τῶν Οὔννων.) De Hunnorum adventu tacent Cedrenus, ac Theoph. Sigebertus A. IↃCXXIII. *Heraclius Imperator Hunnis confœderatur.*

pag. 8.

Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ὁ τῶν Ἀβάρων.) Cedrenus, ac Theoph. A. Heraclii IX. Avares produnt in Thraciam irrupisse, totamque illam ab iis tragœdiam excitatam. Erat A. C. IↃCXIX Indict. VII. Contra Chron. Alexandr. pag. 890. Indict. IX. A. Heraclii XI. & post ejus consulatum XI. Sed falsum Indictionis esse titulum nemo non videt. Neque enim cum Indict. IX, annoque Heraclii XI convenit annus post ejusdem Consulatum XII: multoque minus quadrat quod subjicit: a XXII Januarii ejusdem Indict. annum esse Heraclii Junioris XI; ut anno solido Consul fuerit antequam nasceretur. Scriptum est in eodem Chron. p. 878. Ex A. D. Octobris VII. Indict. XIV, quo Heraclius Imperium auspicatus est, usque ad Januarii XIII ejusdem Indict. publicis Actis subscriptum esse, A. I. Imperii dumtaxat, & a XIV. die Mensis ejusdem deinceps ad Decembrem exeuntem Indict. XV. ineuntis, additum. Et Consulatu ejusdem religiosissimi nostri Principis. Quare annis sequentibus, puta Heraclii II, & Indict. XV. ab Januario mense numeratus est A. I post Consulatum Heraclii. Anno vero Heraclii III, Indict. I. Januario mense, cœpit A. II post Consulatum Heraclii. Quod quidem anno C. IↃCXIII. respondet. Quo eodem anno, ut idem Chronicon refert, a XXII Januarii in Actis publicis, post solemne carmen, *In nomine Domini*, &c. jussit Heraclius adscribi, Heraclii Junioris A. I. Itaque A. XI. incurrit in A. C. IↃCXXIII Ind. XI, Heraclii vero Senioris Imperii A. XIII, & post ejus Consulatum XII. Ex his ἀσύγκλωστα constat esse, quæ in Chronico leguntur. In quo etiam character feriæ subditur, τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ, μηνὶ Δαισίῳ, κατὰ Ῥωμαίους Ἰουνίῳ. ἡμέρᾳ πρώτῃ, &c. Junii V. Feria I. Hic est annus Christi IↃCXXIII, Cyclo Solis XVI. Lit. Dom. B. Proinde Junii V. feria I. sive Dominica.

pag. 6 5.

Verum Cedreni ac Theophanis sententia longe verior est. Etenim A. Heraclii XIII. Ind. XI. sive Christi IↃCXXIII Heraclius Constantinopoli XV Martii profectus in Orientem, XX Apr. in Persidem cum copiis suis ingressus est, ut scribit Theoph. totoque hoc anno Chosroen insecutus, demum in Albania hiemem traduxit. Quare Constantinopoli Junio mense non fuit. Sed & Avarum illa prior irruptio, ac perfidia ante expeditionem Heraclii contigit, ut etiam Nicephorus noster asserit. Quod ad Alexand.

Chron. attinet, quod ex variis auctoribus centonis instar concinnatum est, vel ratio ipsa persuadet παρεκβολὴν hanc de Avarum grassatione, alieno loco positam ad Ind. VII. Heraclii vero IX. annum pertinere. Unde pro Δωσίν ι legendum omnino Δωσίν γ'. Nimirum A. C. IↃCXIX, cyclo Solis XII. Lit. Dom. G. ideoque Junii III. Feria I.

Ην δὲ Κυαίστωρ.) Quæstorem sacri Palatii. Vide Notitiam Imperii. Quod sequitur participium, ἀπαίροντας, vitium sonat. For. ἀποφέροντας.

Εἰς τὴν πόλιν Ηρακλέαν) Ea est Perinthus, ut ait Procopius L. I. de bello Vandalico, in Propontide sita.

Απόδεσμον δέ τινα) Corr. ἀποδεσμόν.

Χωρήσειν τὰ λάσια) Depravatus hic locus. Nec divinare necesse est.

Ο ἕβδομον καλοῦσι.) Suburbanum est Constantinopolitanæ urbis, a milliarium numero dictum, quod VII. lapide ab urbe distaret. Cæterum deesse quidpiam inter μόλις & πρὸς τὸ πεδίον suspicari possumus, ut primo Imperatoris fugam, ac receptum, inde Barbarorum adventum in Septimum describat.

Βαρνύσου ποταμοῦ) Barnyssum perpetuo vocat fluvium, quem cæteri Barbysen vel Barbyssum appellant.

Τὸ πρὸς τὴν ἀνεψιάν) Metacbronismus est annorum ferme VII. Siquidem Martinam duxit A. Imperii IV. Christi IↃCXIV. pro quo perperam in margine pag. 32. ab operis IↃCXVI notatum.

P. 9. Σαυρήσουσί τι ἐπὶ ταύτῃ.) Divinandum nobis hic fuit, ut ex vitiosa lectione commodi aliquid sensus erueretur. Cum Prasina factio Heraclium exagitaret, haud dubium quin Veneta pro eo steterit. Igitur ἐπὶ ταύτῃ corr. fortassis οἱ Ενετοί.

Απτιφράσκοντο τὰ τῶν ἐκκλησιῶν.) Ut Avaribus tributa penderentur. Nam missis ad Chag. Leg. eum sibi reconciliavit· καὶ συγχήσαντες πάντα ὑπέστρεψαν οἱ πρέσβεις ἐν εἰρήνῃ.

Αὖθις δὲ ὡς ἐπεστράτευσε.) Metachronismus est annorum v. Cedrenus ac Theoph. A. v. Heraclii Hierosolimitanæ urbis ἅλωσιν referunt, Indict. III. Est hic A. C. IↃCXV. At Cbron. Alex. Indict. II. Heraclii IV. hoc est Christi IↃCXIV. Et characterem anni hujus addit: nempe XXVIII. die mensis Octobr. Sabbatum fuisse, quo sacra Lancea Hierosolymis allata est. Jam vero ut Octobris XXVIII. Sabbatum sit, annus esse debuit Christi IↃCXII Indict. I. Heraclii III. cyclo Solis v. Lit. Dom. A. aut certe anno IↃCXVIII. Indict. VII. Heraclii XI. cyclo Solis XI. neutrum Ind. II. Quare mendum loco est illo. Monuimus antea perturbatos nonnumquam, ac sede sua dimotos esse annorum, & Indictionum titulos in illo Chronico. Idem & huic loco contigisse necesse est. Itaque sic rescribendum censeo. p. 880. Ινδ. β. δ'. μετὰ ὑπ'. Ηρακλείου Αὐγούστου τὸ γ'. Καὶ ἀπὸ κβ', τοῦ Ιανουαρίου μηνὸς γράφεται βασιλείας Ηρακλείου νέου Κωνσταντίνου ἔτους β'.

Edit. Paris. pag. 66.

Ινδ. γ'. ε'. μετὰ ὑπ'. Ηρακλείου Αὐγούστου τὸ δ'. &c. Moxque: Τούτῳ τῷ ἔτει περὶ μῆνα Ιούνιον, &c. usque ad hæc verba. καὶ παρασκευῇ γυναικῶν. p. 882. Rursus Ινδ. δ'. ς'. μετὰ ὑπ'. Ηρακλείου Αὐγούστου τὸ ε'. Τούτῳ τῷ ἔτει, ἐπὶ Σεργίου Πατριάρχου ἀπὸ τῆς α'. ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν Ινδικτιῶνος δ' Quæ postrema verba Ινδικτιῶνος δ'. conjecturam nostram affirmant. Sed ille feriæ character p. 882. quo XXVIII. Octobris feria VII. notatur, cum sit perspicue falsus, unius litteræ mutatione restituetur, si pro κη', ιη', hoc est XVIII. scribatur. Nam A. C. IↃCXV. Ind. IV jam inchoata una cum Heraclii VI. cyclus Solis VIII. Lit. Dom. E. ideo Octobris XVIII. Feria VII. Chronic. autem cum reliquias Hierosolymitani excidii eodem orationis filo pertexeret, non necesse habuit novæ Ind. annique titulo eam abrumpere. Sed cum idem Septembris XIV. Indictione adhuc III. notat, plane Indictionis initium non a Kal. Sept. ut Scaliger Lib. de Emend. v. monet, sed a XXIV. ducit: alioqui τετάρτης dicendum fuit. Quicquid sit, certum est Hierosolyma capta A C. IↃCXV. Indict. III. Anno Heraclii v. Sigebertus ad annum hoc refert IↃCXVI. Sed quod biennium interdum addere solet, annus ejus XVII. noster est XV.

Σάρβαρον ἡγούμενον.) A Sarbaro captam urbem illam esse consentit & Chron. Alexand. tametsi id Rasmiszo Leontius tribuit, ut antea notavimus.

Μοδέστου τηνικαῦτα.) Imo Zacharia, ut Cedrenus, Theoph. aliique omnes asserunt. De qua re paulo post agemus.

Ο οὖν Ηράκλειος.) Prima hæc est Heraclii in Orientem expeditio: cujus certum annum definire operæpretium est ad Heraclii historiam. Cedrenus ac Theophanes A. Heraclii XI. transportatos ajunt ex Europa in Asiam exercitus. Anno deinde sequenti, hoc est Heraclii XII. celebrato Paschate, postridie sub vesperam contra Persas profectum, relicta Bono Patricio, & Sergio Patriarchæ Constantinopolitanæ urbis custodia. Et quidem annus ille duplici charactere notatus est. Primus est apud Cedrenum: qui A. Herac. XII. Septemb. III. Feriam v. ait fuisse, quo die Stephanus quidam Alexandrinus de Saracenorum Imperio nonnulla prædixit. Alter apud Theophanem reperitur eodem anno Heraclii XII. cum ait, Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Απριλίῳ δ'. Ινδ. γ'. τελέσας ὁ βασιλεὺς Ηράκλειος τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα εὐθέως τῇ δευτέρᾳ ἑσπέρας ἐκίνησε κατὰ Περσίδος. Aprili (inquit) mense, die IV. Pascha fuit. Sed quod in nostro Codice est Ινδ. γ'. melius in Miscella Ind. x. Hunc annum Christi IↃCXXI. Annalium auctor, aliique vulgo Chronologi numerant, & quidem ille Indict. IX. A. Heraclii XII. Verum cum annus Heraclii XI. cum Indict. IX. cœperit A. D. IↃCXX. Anno IↃCXXI. cum Indict. x. inchoatus est XII. Quare non XII. Heraclii, sed XI. convenit Pascba anni IↃCXXI. Jam anno Christi IↃCXXI. cyclo Solis XIV. Lit. Dom. D. Sept. III. Feria v. qui erat anno Heraclii non XII, sed XI. Eodem anno cycli Paschalis erat annus XIV. Novilunium Pascbale III. Kal. Apr. Terminus Paschalis Prid. Eid. Apr. Dominica. Ideo diffundendus dies in XIII. Kal. Majas. Ergo XIX Apr. Pascha celebratum. At IV. die Sabb. fuit. Idem & ex Maximi Monachi Computo colliges, quem iis temporibus scripsit. Nam cyclo Lunæ XIV. Luna XIV. Apr. XII. cyclus Solis IX. Epactæ Solis III. quas adde Regularibus τῆς πασχαλίας hoc est v. fiunt VIII. Proinde Feria I. April. XII. Et καθ' ὑπέρθεσιν Pascha rejiciendum in XIX. Non igitur eumdem in annum Julianum aut Heracliani Imperii, (quod ab Octobri mense, ut ante monuimus, inchoatur) duo illi Theophanis ac Cedreni characteres incurrunt, sed Constantinopolitanum dumtaxat. Quorum primus Sept. III. A. IↃCXXI. tribuendus est: alter, idemque Paschalis, A. IↃCXXII. Cyclo Paschali XV. Cyclo Solis ex methodo Constantinopolitana, & Maximi computo, x. Terminus Paschalis Aprilis I. Concurrentes IV. cum Regulari I. dant Feriam v. Aprilis I. Unde Aprilis IV. Dominica Paschatis. Apud Latinos vero Cyclo Solis XV. Lit. Dom C. Eodem Lunæ Cyclo Terminus Paschalis & Pascha iisdem illis diebus.

pag. 67.

In Alexandrino Cbronico p. 892. scriptum est, Indict. XII. Heraclii XIV. & post ejus Consulatum XIII, Heraclii Junioris XII. Heraclium cum liberis, & conjuge profectum XXV Martii, & ad Nicomediam Pascha celebrasse: secundum quod remissis liberis cum Martina conjuge perrexit. Debuerat Paschatis characterem, ut in levioribus solet, adscribere. Interim, si sana lectio est, hoc Pascha in A. D. IↃCXXIV. incurrit, Cyclo Solis Rom. XVII. Bissextili, Lit. Dom. G. Term. Pasch. v. Eid. Apr. Feria I. Dom. Pasch. XVII Kal. Majas, hoc est Apr. XV. Ex methodo vero Maximi Cyclo Solis XII. Concurrentes VII cum Regulari IX. Apr. hoc est II. dant feriam II. in Termino. Ergo XV. Apr. Pascha. Verum falsum omnino Chronicon illud esse ex eo validissime probatur, quod Heraclius A. Imperii XIV. Constantinopoli esse non potuit. Hoc enim anno cum in Albania hiemem traduxisset, (ἅμα ἔαρι ἀπάρας τῆς Αλβανίας, *appetente vere, motis ex Albania castris* ut ait Theophanes) in Persidem erupit, totoque deinceps anno cum Chosrois ducibus pugnavit.

Ne

Ne diutius differam, ita prorsus existimo: Pascha illud in Chronico commemoratum celebratum ab Heraclio esse A. Imperii xiii. Ind. xi. Christi ıɔcxxiii. Quo anno Cyclo Solis Constantinopolitano xi. Lunæ xvi. Terminus Pasch. xxi. Martii. Concurrentes v. cum Προσθεταῖς iv. dant Feriam ii. in Termino. Ideo Martii xxvii. Dominica Paschalis. Idem convenit apud Latinos Cyclo Solis xvi. Lit. Dom. B. Atque hoc quidem anno, auctore Theophane, Heraclius, qui anno superiore Constantinopolim hyemandi causa ex Armenia redierat, Martii xv. Ind. xi. contra Chosroen egressus est. Quod autem xxv. Martii profectus in Chronico legitur, facile cum Theophane conciliari potest. Quid si enim pro ιε'. scripsit Theophanes κε'; Quid si in itinere aliquantisper moratus est? aut Nicomedia ipso die Annunciationis profectus, tertio inde die Pascha celebravit.

Postremo ex his omnibus apparet primam Heraclii profectionem in Orientem accidisse A. C. ıɔcxxii. Heraclii xiii. Indict. x.

Καὶ ἀπαίρει διὰ τοῦ Εὐξείνου.) Prochronismus est A. fere trium. Quæ enim sequuntur non anno illo, quo primum profectus est Heraclius, Imperii videlicet xiii. sed xvi. contigerunt, ut est apud Cedrenum, ac Theoph. cum Chosroes sæpe ab Heraclio victus, ingentibus undique conflatis copiis, earum partem Saino Præfecto tradidit, & adversus Imperatorem opposuit: alteram cum Sarbaro Constantinopolim misit, ut cum Hunnis Occidentalibus, quos Avares vocant, ac Sclavinis & Gepidis urbem oppugnaret: Heraclius contra trifariam exercitu distributo, partem unam ad urbis præsidium submittit: secundam Theodoro fratre Duce Saini copiis objecit. Ipse cum tertia Lazorum regionem adiit, Turcorumque sive Chazarum auxilia contraxit. Fieri quidem potest, ut antea a Turcis auxilium postularit, & ad eos ipse perrexerit. Anno siquidem expeditionis primo ἐστράτευσε μετὰ πλοίων διὰ τοῦ Εὐξείνου Πόντου (ait Cedrenus) ac sibi Turcorum copias adjunxit. Sed congressus ille cum eorum Principe nonnisi eo quo dixi anno contigit.

Edit. Paris. pag. 68. Καθ' ἣν τίκτεται.) Heraclii liberos habes in Προθεωρίᾳ brevi tabula descriptos. Heraclius vero iste in Lazorum regione natus, plane a Constantino distinguendus est, qui diu ante Constantinopoli ex Martina susceptus est, ut suo loco demonstrabitur. De anno nihil exploratum habemus.

Κύριον τὸ τοῦ βασιλέως.) Zebeel Chazarum Dux ab iisdem scriptoribus nuncupatur, qui per Caspias portas in Persidem irrupit. Unde redeunti ex Lazica Heraclius occurrit, tumque se mutuo perhumaniter acceperunt.

Καὶ ἀποβὰς τοῦ ἵππου.) Theophanes: Ὁ δὲ Ζιέβηλ τοῦτον ἰδὼν καὶ προσδραμὼν κατασπάζεται αὐτοῦ τὸν τράχηλον. καὶ προσεκύνησεν αὐτὸν, ὁρώντων τῶν Περσῶν ἐκ τῆς πόλεως Τιφίλεως. Πᾶς δὲ ὁ λαὸς τῶν Τουρκῶν εἰς γῆν πεσόντες πρηνεῖς ἐκτάντες ἐπὶ στόμα τὸν βασιλέα ἐτίμων τιμὴν τὴν παρ' ἔθνεσι ξένην. ὁμοίως καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτῶν ἐπὶ πετρῶν ἀναβάντες τῷ αὐτῷ σχήματι ἔπεσον. προσήνεγκε δὲ ὁ Ζιέβηλ καὶ τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν Ἀρχηγέτην τῷ βασιλεῖ. ἡδυνόμενος τοῖς τούτου λόγοις, καὶ ἐκπληττόμενος τήν τε θέαν καὶ φρόνησιν αὐτοῦ.

Ἅμα καὶ στολὴν βασιλικήν.) For. στολῇ βασιλικῇ.

P. 10. Ἐφ' ἑνὸς δὲ τούτων.) Gazacum urbem Cedrenus, ac Theoph. vocant. Ubi & Crœsi thesauros asservatos fuisse tradunt. Hujus historiam describit Joannes Tzetzes Chil. iii. Hist. lxvi. qui & ex Pisidæ Heracliade hos Jambos producit

Καί τις πρὸς αὐτὸν ἱερατὸς τοῦ Χοσρόου
Μηχανοτευχεῖς ἐξεπομβρῶν τὰς δρόσους.
Γέρων Συρακόσιε καὶ γεωμέτρα!
Ὃ γῆν ἀνασπῶν μηχανῇ τῇ τρισπάστῳ
Βοῶν ὅπη αἰβῶ, καὶ σαλεύσω τὴν χθόνα.
Ἐμὲ παρασπᾶν τὰς ἀσαλεύτους ὄρας
Ἥττω γυναικὸς μηχαναῖς ἀμηχάνοις.

In v. versu corr. ὅπα βῶ.

Ὡς κονιορτόν.) Malim εἰς κονιορτόν.

Χοσρόης τοίνυν.) Bis a Chosroe Sarbarus, vel Sarbanazas in Bythiniam missus, ac revocatus (quod ante a nobis observatum necessario hoc loco repetendum est) Primum A. Heraclii xiii. cum irrumpente in Persidem Heraclio, redire illico jussus est. Secundo A. xvi. ejusdem Heraclii, quando & Chalcedonem oppugnavit: nec inde digressus est, tametsi ex Avarum clade ingens damnum, ac mœrorem cepisset. Ὁ δὲ Σάρβαρος (ait Cedrenus) ἐπὶ τούτοις ἀχθεσθεὶς ὅμως τὴν Χαλκηδόνα παρακαθήμενος οὐ μετέστη. ἀλλ' αὐτοῦ ἐχείμασε, πραιδεύων τὰ περατικὰ μέρη. Caussam tam pertinacis moræ nullus historicorum affert, præter hunc Nicephorum. Sane enim ficto illo Chosrois mandato vel invitus substitit. At enim turbant Cedrenus, ac Theophanes, dum A. Heraclii xvii. pugnasse id Imperatorem scribunt, ut Chosroi terrorem objiceret, quo is Sarbarum a Byzantii obsidione revocaret. Etenim si hoc tantopere studebat Heraclius, quod attinebat revocatum eumdem commentitiis litteris retinere? Sed nimirum ante Avaricam cladem, ac solutam Byzantii obsidionem retrahere Sarbarum voluit, ne a duobus potentissimis exercitibus opprimeretur. Idem ubi feliciter ad Urbem gesta omnia cognovit, attritis magna ex parte Chosrois viribus, ne cum recentibus Sarbari copiis instaurandum certamen esset, nullo aut levi domestico periculo, ad Chalcedonem commorari passus est. Itaque quæ a Cedreno ac Theoph. narrantur, ea alieno tempore usurpata ad superiores annos referenda sunt. Longe gravior est Constantini Manassis in hac historia lapsus, qui Chosroen ait Byzantium usque exercitum duxisse, quem quidem per duces suos absentem omnia gessisse constat. Constantini versus hi sunt

Τότε Χοσρόης ὁ Περσῶν ὑπέραρχος δεινὸς,
Τὴν πᾶσαν ληϊσάμενος Ἀσίαν καὶ σκυλεύσας,
Ἕως αὐτῆς τῆς ἐλάσεως ἤλασε Βυζαντίδος.

Addit ad eum inde revocandum, Heraclium in Persidem erupisse. Pag. 69.

Ἀγχίνοι σοφῶς τεχνώμενος μεθέλκειν Βυζαντόθεν.

Quod & factum est. Siquidem

Ἀκούει ταῦτα βασιλεὺς Περσῶν ὁ φρυακτίας.
Προῆγε μὲν Ἡράκλειος εἰς μέσον τὴν Περσίδα,
Ὁ δὲ Περσάρχης πρὸς αὐτὸν ἤλαυνεν ὀπισθότης.

Quæ omnia elegantius quam verius dicta sunt. Porro litteras deinceps alias a Chosroe missas, & a Romanis interceptas, Sarbaroque traditas narrant Theoph. & Cedrenus. Verum eæ non ad Sarbarum scriptæ, sed de eo necando ad collegam Cardaricham datæ fuerant.

Ἀδορμαδσγχὶνε.) Androegam nominare videntur iidem illi Scriptores, cum tradunt Chazaros per Caspias portas in Androege regionem eruptionem fecisse.

Οἱ δὲ Ἄβαροι.) Rursus Avares a Chosroe solicitati ad Urbem adveniunt. Quod A. C. ıɔcxxv. vulgo tribuunt. Verum sequenti potius anno quadrat: ut ex Alexandrino Chronico constat. In quo duplex ejus Character traditur. Etenim Indict. xiv. Heraclii xvi. post ejus Consulatum xv. Heraclii vero Junioris xiv. Mense Majo, die xiv. feria iv. αὐτῇ τῇ ἁγίᾳ μεσοπεντηκοστῇ, Scholæ contra Joannem Sismum seditiose convenisse dicuntur. Duo hæc, nimirum feria ii. Maii xiv. & xxv. dies a Paschate, quæ est μεσοπεντηκοστὴ nonnisi cum A. C. ıɔcxxvi. comparari possunt, Cyclo Lunæ xix. Solis apud Constantinopolitanos, & ex Maximi Methodo, xiv. Terminus Paschalis Aprilis xvii. Concurrentes, sive Epactæ Solis ii. cum Regularibus iii. τῶν πασχαλίων dant feriam v. Quare xx. Aprilis Dominica Paschalis, Littera E apud Romanos, Cyclo Solis xix. Quinquagesima inde dies, hoc est Πεντηκοστὴ viii. Junii. At xxv. sive μεσοπεντηκοστὴ Maii xiv. feria iv. ut est in Chronico. Sequuntur totidem alii Characteres. Prior p. 869. ubi xxix. Junii Dominica fuisse proditur. Alter p. 901. ubi Augusti ii. dies Feria vii. notatur. Igitur Littera Dom. E. Quod ad historiam Constantinopolitanæ obsidionis attinet, ac liberationis ejusdem B. Virginis ope ac patrocinio servatæ, a pluribus ea narrantur in illo Chronico, itemque apud Theoph. & Cedrenum.

Ἀλλήλοις πελάγεσι.) For. ἀλλήλων τε ἐγγύς. Alexand. Chron. Καὶ πάλιν τῇ ἑξῆς ἔγνωσε πλῆθος μαγγανικῶν εἰς τὸ μέρος ἐκεῖνο τὸ πελάγιον παρ' αὐτοῦ συνεγγὺς ἀλλήλων. &c.

P. 11. *Τεῖχος ἄλλο δωμησάμενος* Ind. xv. Her. A. xvii. (ait Chron. Alex.) quo anno moritur egregius ille propugnator Urbis Bonus Patricius Maii xi.

Μεσὸν δὲ Χωρίων.) Anno Heraclii xvii. ut ait Theoph. ac Cedrenus, Indict. xv. Razates, (aliis Razastes) Dux a Chosroe mittitur, vir bellicosus ac strenuus, quocum secundo eaitu pugnatum Decembris xii. Theophanes *Τῇ δὲ δωδεκάτῃ τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς ἡμέρᾳ Σαββάτῳ ἐκροτήθη ὁ πόλεμος.* Ecce tibi character anni hujus, quem frustra Christi ɪɔcxxvi. faciunt. Fuit enim haud dubie ɪɔcxxvii. Cyclo Solis Romano xx. Lit. Dom. D. ideoque xii. Decembris Sabbatum.

Καὶ τὰς οἰκίας ἀφορμῶν.) Cedrenus: *Καὶ προπηδήσας πάντων ὁ βασιλεὺς ἄρχοντι μεγάλῳ τῶν Περσῶν συναντᾷ, καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει, καὶ τῆς Θεοτόκου καταβάλλει τοῦτον.* Videtur innuere cum alio quam cum Duce Razate Imperatorem pugnasse. Nam Razatem proxime tamquam alterum ab *ἄρχοντι* illo nominat. At nobiscum facit Theophanes, *Καὶ προπηδήσας πάντων ὁ βασιλεὺς ἄρχοντι τῶν Περσῶν συναντήσας, καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει, καὶ τῇ βοηθείᾳ τῆς Θεοτόκου τοῦτον κατέβαλε. Καὶ οἱ σὺν αὐτῷ προπηδήσαντες ἐτρέψαντο. Καὶ αὖθις ὁ βασιλεὺς ἄλλῳ συναντήσας καὶ τοῦτον κατέβαλε. προσέβαλε δὲ αὐτῷ καὶ τρίτος, ὃς καὶ ἔδωκεν αὐτῷ μετὰ δόρατος εἰς τὸ χεῖλος, καὶ τοῦτον ἔπληξεν. ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ τοῦτον ἀνεῖλε.*

Ἡττα τῶν αὐτοῦ δορυφόρων.) For. *Καὶ τις.*

Οἱ δὲ Περσῶν ἄρχοντες. De Principum conspiratione contra Chosroen ejusque nece Cedrenus & Theophanes accurate scripserunt. Extat in Alexandrino Chronico Heraclii ad Constantinopolitanos epistola de rebus a se gestis, deque Chosrois miserabili cæde: quam Annales, ac Chronologiæ omnes conjiciunt in A. C. ɪɔcxxvii. In quo cum Theophane ac Cedreno consentiunt, qui id anno subscribunt Heraclii xvii. Verum & illi ipsi secum pugnant, & annos duos in unum temere confundunt. Id quod ego necessariis rationibus convincam. Quippe Heraclii xvii. iisdem auctoribus Imperator cum Turcis Persidem ingressus est: sed ab iis postmodum desertus, cum Razate Chosrois duce secundo marte confligit. Inde Chosroen fugientem persequens, omnia cæde atque incendio vastat. Qua in excursione Natalem Christi celebrat in ædibus Jesdim: Luminarium vero festum Juliani sequentis anni in Dastagerde. Paulo post Chosroes a filio necatur. Pugnatum est cum Razate, ut ante ex Theophane monuimus, Dec. xii. Sabbato, A. ɪɔcxxvii. Jam Heraclii A. xvii. cum Ind. xv. cœpit A. ɪɔcxxvi. Quare nonnisi A. sequenti, Heraclii xviii. Indict. i. cum Razate debellatum, Decemb. xii. Atque ut nullus tergiversandi sit locus, testem dabimus Heraclium ipsum in epistola, quam ad Constantinopolitanos scripsit. ubi primum Februarii xxiv. *τῆς ἐνισταμένης πρώτης Ἰνδικτιῶνος*, *inchoatæ i. Ind.* Dynastas omnes & Satrapas ad Siroem relicto Chosroe defecisse narrat. Postridie Siroem inauguratum; Chosroem vero xxviii. mensis ejusdem a filio necatum. Addit insuper Characterem hujus anni p. 917. cum ait Aprilis iii. Dominicam fuisse. Accedit & Chronicon ipsum, in quo Heraclii hæc epistola legitur. Anno (inquit) xviii. *Imperii Heraclii: post ejus Cos. xvii. & xvi. Imp. Heraclii Jun. Constantini filii ejus, xv. Maii, Ind. i. Feria i. ipsa Pentecostes die, lectæ sunt litteræ ex suggestu in sanctissima Dei magna Ecclesia missæ ex Oriente ab Heraclio, &c.* Hæc omnia nulli alteri quam ɪɔcxxviii. Christi A. accomodari possunt. Cyclo Solis ex methodo Maximi xvi. Epactæ Solis v. Cyclo Lunæ ii. Terminus Paschalis xxv. Martii Regularis hujus diei i. cum Concurrentibus v. dat Feriam vi. Unde Martii xxvii. Pascha, Lit. Dom. B. Cyclo Solis Romano xxi. adeoque xv. Maii Pentecoste. Ideo, ut initio dixi, duo anni in unum perperam contracti. Apud Theophanem sub eodem A. xvii. ita scriptum est *τῇ δεκ. τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς ια'. Ἰνδ. κατέλαβον εἰς τὴν χώραν Χαμαηθὰ, καὶ ἀνεπαύσατο τὸν λαὸν ἑβδομάδα μίαν.* Eadem habet & Cedrenus. Quibus verbis novus Heraclii annus, hoc est xviii. cum Indict. i. præfigi debuit. Quis enim non videt ante Octobrem a xv. ad i. Indictionem transitum esse factum?

Γράφει τι πρὸς αὐτόν.) Extat in Alex. Chronico fragmentum Epistolæ Sirois ad Heraclium cum hac inscriptione, Acabata Sadasace Heraclio clementissimo, &c.

Ὡς πεισθῆναι αὐτόν.) For. *ὡς συνίσασθαι αὐτῷ.*

P. 12. *Σάρβαρος δὲ ἀμύνας.*) Hic finis Persici belli fuit. in quo mysticum illud accidisse narrant Theophanes, Zonaras, & alii, quod uti vi. diebus mundus a Deo fabricatus est, ac vii. quievit, ita cum vi. totos annos Heraclius cum Chosroe pugnasset, vii. tandem optatum ei bello finem imposuit. Constantinus Manasses.

> *Ἐν ἑξαμέτρῳ τοιγαροῦν κύκλῳ περιδρομῶν*
> *Τὴν Περσικὴν, καὶ Μηδικὴν Ἡράκλειος ἐκτρίψας.*
> *Καλλίνικος ἀνέζευξεν ἐπὶ τὴν Βυζαντίδα.*

Numerantur vero anni illi vi. ab A. xii. Heraclii, Christi ɪɔcxxii. post Pascha, usque ad A. xviii. Christi ɪɔcxxviii. ineuntem.

Κρατεῖ δὲ νῦν βασιλείας Περσῶν.) Caboes ista nusquam in Persarum Regum numero censetur. Suspicor errore Nicephori factum, ut ejusdem nomina duo pro diversis regibus haberentur. Siroes enim Acabada dictus, quod Cabot simile est. Nisi forte Adeser Sirois filius alio nomine Caboes sit nuncupatus. Ac Regum quidem istorum successio a Theophane ita describitur.

Siroes, Adeser, *Menses* vii.
Sarbarazas, *quem Baratam vocat Cedrenus interfecto Adeser*, *menses* ii. pag. 71.
Borane, *Cedreno Baram Chosrois filia*, *mense* vii.
Ormisdas, *annos* xi.

Ab iis Nicephorus noster longe diversus abiit, qui post Siroen, Caboen recenset: Hinc Ormisdam: Postremo Sarbarum. Sane communis hæc opinio est, Ormisdam ultimum omnium in Perside regnasse. Cui Sigebertus annum unum dumtaxat attribuit.

Καὶ ἄλλον.) Cor. *Μετ' ἄλλων.*) P. 12. *Ἡράκλειος δὲ Νικήταν.*) Depravata sunt omnino quæ sequuntur. Corr. *Νικήτα υἱὸν Πατρίκιον*, &c. Nicetæ filius Patricius creatus est. Vox *Σαρβάρου* prorsus expungenda. Ita paulo post *Νικήτα* in genit. casu. At *ἐνέγκαι* verbum æque corruptum.

Τινὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρόν.) Zonaras de Machometo: *Ὑποστρέψαντι δὲ τῷ βασιλεῖ τούτῳ ἐκ Περσίδος τροπαιοφόρῳ πρόσεισι Μωάμεθ ὁ τῶν Σαρακηνῶν φύλαρχος* &c. Paulo post. *Οὗτος ἐκ τῆς Αἰθρίβου πρεσβείαν προσῆλθε τῷ βασιλεῖ, χώραν αἰτῶν εἰς κατοίκησιν, ἣν ἔλαβε.* Ad annum pertinet Heraclii, xviii. Christi ɪɔcxxviii. quo e Perside victor Constantinopolim regressus est. Sed nondum tamen, ut opinor, Arabes Romanorum Imperio infesti fuerant: sed anno postea tertio, ut paulo post dicetur.

Αὐτὸς δὲ λαβών.) Anno Imperii sui xix. (ait Cedrenus ac Theoph.) appetente vere Constantinopoli profectus Heraclius, Hierosolymam pretiosa ac vivifica Crucis ligna secum detulit, *ἀναγαγὼν τὰ τίμια, καὶ ζωοποιὰ ξύλα*, ut loquitur Theophanes. Ita Græci scriptores omnes ex legitima formula sanctissimam Christi crucem appellare solent, atque inter alios Nicephorus in Chronico, *Καὶ ὁ ζωοποιὸς σταυρὸς τοῖς ἰδίοις τόποις ἀποκατέστη.* Quem ad locum Joachimus Camerarius ex Lutheri pistrino multa contra S. Crucis cultum non minus stolide quam imperite disputat. Et *τίμιον* quidem vocari utcumque patitur, *ζωοποιὸν* vero nefas esse putat. Idque ineptissima ratiocinatione, sed impia atque sacrilega fundere contendit. Sexcenta sunt hujus generis in istis Scholiis ab insano capite virulente scripta.

Καὶ Μοδέστῳ τῷ Ἀρχιερεῖ.) Modestum Hierosolymorum Episcopum fuisse excidii tempora, Nicephorus noster asserit. Cæteri propemodum omnes Zachariam nominant. Theophanes item hanc aptissime componit his verbis: *Εἰσελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ τὸν Πατριάρχην Ζαχαρίαν ἀποκαταστήσας, μετὰ τὸ ἐλθεῖν αὐτὸν ἐκ Περσίδος ἀπὸ αἰχμαλωσίας, τὸν δὲ ἅγιον Μοδέστον τὸν ἀρχιμανδρίτην τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου Θεοδοσίου τὸν κτίσαντα τὸν ἅγιον Ἀναστασίαν καὶ τὸν ἅγιον Βηθλεὲμ, οἷς ἐμπρησθέντα*

Ed. ii. Paris. pag. 70.

ἀπὸ τῆς Περσίδος, τότε ὑπὸ χειροτονεῖ ὁ βασιλεὺς τὸν ἄγαν Μόδεστον Πατριάρχην. Quæ omnia a Miſcellæ auctore ac Cedreno prætermiſſa ad hanc hiſtoriam peropportuna ſunt. Atque etſi nonnihil vitiata ſint, hoc tamen ſignificant, Zachariam paulo poſt reditum e Perſide, in Palæſtina defunctum, eique ſubrogatum Modeſtum Archimandritam. Nicephor. in Chr. Zachariæ tribuit annos ante urbis ἅλωσιν XXII. Modeſto vero ann. I. Theophanes, Zachariæ annos in totum XXII. Modeſto II. Idemque Modeſti initium confert in annum Heraclii XXII. cum tamen de ejus creatione A. XIX. mentionem fecerit. Alexandrinum Chronicon A. Phocæ VII. Indict. XII. Iſacio Hieroſolymorum Epiſcopo mortuo ſuffectum eſſe Zachariam ſcribit Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Presbyterum, & vaſorum cuſtodem. Eſt hic A. C. v. IↃCIX. a quo ad A. IↃCXXX. anni ſunt XXII. quo annus Heraclii cœpit XXII. Quare Zacharias, poſtquam in ſedem reſtitutus eſt, annos IV. vel V. ſuperſtes fuit; falſumque omnino eſt Nicephori Chronicon.

Καὶ ἀνιόντα.) For. ἀναγίγνα. Τὰ δεῖνα δὲ αὐτῶν.) Significat e veſtigio Conſtantinopolim translata eſſe τὰ ζωοποιὰ ξύλα, Indict. II. Prochroniſmus eſt A. fere VI. Siquidem A. dumtaxat Heraclii XXIV. ut auctor eſt Theoph. ac Cedrenus, tranſportata ab Imperatore ſanctiſſima, ac vivifica Crux eſt, Syriacis rebus plane deſperatis. Eſt hic A. Chriſti IↃCXXXIV. Indict. VII. Bis igitur Conſtantinopolim advecta Crux eſt. Primum A. Heraclii XIX. ſimul atque e Perſide recepta eſt. Unde ab Heraclio tranſlata, ab eodem denuo poſt annos VI. ad urbem remiſſa. At Nicephorus utramque translationem promiſcue habuit. Sigebertus A. IↃCXXXV. *Saracenis* (ait) *Syriam infeſtantibus, Heraclius Crucem ſanctam Domini ab Hieruſalem Conſtantinopolim tranſtulit*. uno anno plus dicit. Sed revera annus fuit IↃCXXXIV. Edit. Pariſ. pag. 72.

P. 13. Οὐ πολὺς δὲ χρόνος.) Heraclii XXII. Chriſti IↃCXXXI. Arabes a Romanis deficiunt, ob rogam, ſive donativum ab Imperatoris Eunucho cum contumelia denegatum. Theoph. Sigeb. A. IↃCXXXIII. Eodem A. moritur execrandus ille Machometes die Junii 17. Succeſſit Abubecher, qui A. Herac. XXIII Ind. V. Palæſtinam vaſtavit. A. vero Heraclii XXIV. moritur, Ind. VII. cum regnaſſet, ait Theophanes A. II. Cedrenus addit menſes VI. Succedit Omarus, a quo Boſtra, aliæque urbes expugnatæ.

Εὐθὺς Ἡράκλειος.) Eodem Heraclii A. XXXIV. Theodorus Heraclii frater ab Omaro vincitur. Inde Emeſam ad Imperatorem fugit. Cui ſucceſſor datus eſt Baanes, & Theodorus Sacellarius. A quo Arabes Edeſſa Damaſcum uſque fugati. Theoph. & Cedren.

Ἐκ τούτου παράγγελμα.) Heraclii XXV. iiſdem auctoribus, Baanes ac Theodorus Heraclii Duces a Saracenis vincuntur, XXIII. Julii, Feria III. in Theophane noſtro. Sed Auguſti pro Julii ex Miſcella reſcribendum. Accidit hoc A. C. IↃCXXXIV. cyclo Solis XXVII. Lit. Dom. B. Sed nondum Heraclii A. inierat XXV. cum adhuc XXIV decurreret cum Indict. VII.

Ὁ τῶν Οὐννογουνδούρων.) Conſtantinus Porphyrog. Lib. II. de Them. Οὐννογουνδούρους ait vocatos fuiſſe Bulgaros.

Ἰωάννην τὸν Βαρσίμης.) Theoph. ac Cedrenus A. XXVII. miſſum narrant ab Imperatore Joannem Ducem cognomento Kartzam (Theoph. Κατζίας) Oſroenæ Præfectum, qui Chalcedonem (leg. Chalcidem ex Miſcel.) ad Jadum Omari Ducem profectus C. M. nummorum pollicitus eſt, ne Euphratem tranſiret. Quod quia inſcio Imperatore fecerat, relegatus eſt, eique ſucceſſor datus eſt Ptolemæus. Sed alium ab hoc Joanne oportet illum eſſe de quo Nicephorus hoc loco.

P. 14. Τῆς Ἱερείας.) Vide num eo pertineat Diſtich. illud ex Anth. L. 4. c. 3. Εἰς τὸ σοῦθον ἱερείας.

Τοῦτον Ἰουστινιανὸς ἀγάλματι δείματο χῶρον,
Τὸν ἅπτει καὶ γαίῃ χάλκος ἐπεσημάσατο.

Neque enim ad ædem B. Virginis pertinere videtur, ut Interpres aſſerit: ſed ad Palatium maritimum. Ejuſdem Palatii meminit & Theoph. in A. XII Copr. ubi Conciliabulum adverſus S. Imagines in Hieræ Palatio celebratum refert. Sed & Niceph. noſter in fine Hiſtoriæ.

Τὴν λεγομένην Πρίγκιπον.) Principis Inſula in Propontide ſita eſt.

Κόλπον φειδαλίας.) Phidalia leg. Steph. de Urbib. voce Γυναικόπολις. Ἔστι δὲ καὶ γυναικῶν λιμὴν περὶ τὴν λεγομένην Φειδάλειαν τὴν μεταξὺ Ἀνάπλου καὶ τοῦ Αἰγιαλοῦ. Fuit hæc Byzantis uxor, ut ibidem Stephanus narrat. In Anthol. L. 4. c. 4.

Ἱμερτὴ Φειδάλεια δάμαρ Βύζαντος ἐτύχθην.
Εἰμὶ δὲ βασιλέως δῶρον ἀεθλοσύνης.

Κατὰ δὲ τὴν δωδεκάτην Ἰνδικτιῶνα.) Indictio hæc A. IↃCXXXVIII inchoata eſt, Heraclii XXIX. Quare A. IↃCXXXIX ejus obitus notatur in magnis Annalibus, cum ſediſſet A. XXVIII, dies XXI, ut eſt in Chronico Nicephori: ſed falſo. Nam ab eo conſtat Heraclium eſſe coronatum. Ergo ejus initium in Annalibus notatur A. C. IↃCVIII Indict. XI, Phocæ VI. adeo ut XXXII. annos ei Eccleſiæ præfuerit. Verum Theophanes XXIX. ſediſſe tantum aſſerit. Qua ratione anno Chriſti IↃCX. Epiſcopatum iniit, Phocæ Imperatoris ultimo. Ultimus vero ejus annus incurrit in IↃCXXXVIII Ind. XI. Heraclii XXVIII. Alexan. Chronicon pag. 875. Annum illum, quo Sergius Patriarcha creatus eſt, multiplici charactere deſignat. Siquidem Martii XX. Feria VI. mortuum eſſe refert Thomam illius anteceſſorem: qui XXII. menſis ejuſdem ſepultus eſt, Dominica die. Poſtea vero Aprilis VIII. Indict. XIII. Sabbato magno, Sergium creatum Pontificem. Subjicit & alium feriæ characterem, Octobris III. Indict. XIV. Sabbatum fuiſſe, de quo ſupra diſputatum eſt. Annus ille proculdubio Chriſti eſt IↃCX. Cyclo Solis III. Lit. Dom. D. Ideo Martii XX. Feria VI. & XXII. Dominica. Cyclus Lunæ III. Terminus Paſchalis XIII. Aprilis. Cyclus Solis ex Maximi methodo XXVI. Concurrentes, ſive epactæ Solis III. quæ cum Regularibus diei dant Feriam II. Quare Paſcha Aprilis XIX. & Sabbatum magnum XVIII. ejuſdem. Unde in Chronico pro VIII. reſcribendum XVIII. Ex hac obſervatione ſuperiorum Patriarcharum feriem iiſdem in Annalibus corrigas. Veluti cum Thomæ primus annus comparatur cum A. IↃCVI. Phocæ IV. In quo ſuffragatores quidem quod ad Phocæ annum attinet, habent Theophanem ac Cedrenum, ſed utrumque errore lapſum. Nam cum Theophanes Thomæ tres annos tribuat, & A. IV. Phocæ primum illius numeret, Sergii primum duobus annis accommodat, VII. & VIII. Longe melius in Alexand. Chronico. Cyriacus e vivis exceſſiſſe dicitur Octobris XXIX. die Sabbati, curatumque funus illius poſtridie, Dominica. Fuit hic annus IↃCVII. Cyc. Solis XXVII. Lit. Dom B. Indict. X. Phocæ IV. pene abſoluto. Sequenti A. IↃCVII. Phocæ V. Indict. X. poſt Coſ. Phocæ A. IV. Januarii XXIII. creatus eſt Thomas. Sedit itaque A. III. Niceph. in Chron. tribuit A. III. M. V. Sed interregni ſpatium complexus eſt. At vero corrigendum rurſus Chron. dum Phocæ V. quo creatus eſt Thomas, Ind. X. notat poſt Conſulatum Phocæ III. Siquidem Phocæ primus inchoatur, ex eodem Chronico, Indict. VI. Novemb. XXV. Dominica, cum die XXIII. Feria VI. inauguratus eſſet a Cyriaco. Annus eſt Chriſti IↃCII. Cyclo Solis XXIII. Lit. Dom. G. Anno IↃCIII. Ind. VI. Phocas Conſulatum iniit. Ergo Anno IↃCIV Phocæ II. Ind. VIII. numerari cœpit poſt ejus Conſulatum I. Anno deinde IↃCV. Phocæ III. Ind. VIII. annus fuit poſt Conſulatum II. Itaque A. IↃCVI. Phocæ IV. Ind. IX. eſt ab ejus Conſulatu III. Annus vero IↃCVII. Phocæ V. Ind. X. poſt ejus Conſulatum ordine IV. eſt. Male igitur in Græco Ind. IX. & X. bis iteratur τὸ γ'. Hæc paulo accuratius a nobis excuſſa ſunt, ut & illorum temporum hiſtoriæ, & luculentiſſimo Chronico aliqua ex parte conſuleretur. pag. 73.

Καὶ ἐπειδήπερ ἀρρωστήσας.) Non dubitavimus pro Σεργίῳ, Πύῤῥῳ reſtituere in latina noſtra interpretatione. Certum eſt enim Pyrrhum Sergio ſucceſſiſſe.

A. Heraclii xxix. Christi Iↄcxxxix. Cui Theophanes A. iii. assignat. Nicephorus in Chron. A. ii. menses ix. dies ix.

Ἦν δὲ χρόνους τρεῖς.) Theoph. A. xxv. Herac. Κατηγορηθεὶς δὲ ὁ Θύρος ἐπὶ τῷ βασιλέως, ὡς τὸ χρυσίον τῆς Αἰγύπτου τοῖς Σαρακηνοῖς δοὺς, καὶ ἀποστείλας μετ' ὀργῆς τοῦτον μετεστείλατο.

Pag. 15. Δαβὶδ δὲ ἐκ Μαρτίνης.) Anno Heraclii xxii. Christi Iↄcxxx. Ind. iv. Novemb. vii. (corrigendus Theoph. dum Heraclii xxi. numerat) natus est Heraclio in Oriente, quem Cedr. Davidem vocat. Eademque die Const. Herac. filio nascitur Heraclius, qui A. sequenti Ind. v. Nov. iii. a Sergio baptizatus est in Blachernis.

Ἐκ τούτου λοιπόν.) Obiit Heraclius, inquit Theophan. Indict. xiv. Martio mense, die xi. cum imperasset annos xxx. menses x. At noster A. xxx. menses iv. dies vi. Sed si A. ejus primus ab Octob. vii. numeratus est Ind. xiv. A. C. Iↄcx. ut antea probatum est, mortuusque est A. Iↄcxli. Martii xi. imperavit A. xxx. menses v. dies v. Ac si annos lxvi. vixit, imperare cœpit ætatis xxxv.

Καὶ τῆς ἡλικίας.) For. κατὰ.

Καὶ μὴ συγχωρεῖν αἰδοῖ δεῖν.) Deest, ut opinor, τὸν υἱὸν, aut simile quidpiam. Monebat Philagrius uti filio suo prospiceret.

Pag. 16. Συμβασιλεύσας δὲ τῷ πατρὶ.) Natus est, ut antea notavimus, Ind. xv. Maii v. A. Iↄcxii. Coronatus vero eodem A. Ind. i. Dec. xxv. Imp. cum patre A. xxviii. Post parentis obitum, menses iv. At Niceph. noster supervixisse ait dies dumtaxat ciii. Quare mortuus est Jun. xxii. A. C. Iↄcxli. Ind. xiv. Consentiunt Scriptores ad unum omnes, clam illum veneno a Martina & Pyrrho Patriarcha sublatum.

Edit. Paris. pag. 74

Εἶδεν δὲ τότε τὸ Πατρός.) Adi Cedrenum.

Οὐαλεντῖνος δὲ.) Tota hæc Valentini historia singularem hunc auctorem habet. Apud Theoph. & Cedrenum nominatus reperitur Valentinus, cum ita narrant: Indict. i. Senatum Heraclium, ac Martinam cum Valentino repudiasse.

Ὁ δὲ συλλαβόμενος.) Discedit hic a cæteris Noster, qui ab Heracleona & Martina Heraclium, qui Constans dictus est, asserit Imperatorem esse factum. Constat enim a Senatu abrogatum Heracleonæ Imperium, eumdemque amputatis naribus cum matre, cui lingua præcisa erat, relegatum. Imperavit Heracleonas menses vi. Qui in Decembrem hujus A. Iↄcxli. Ind. xv. desinere videntur. Magnopere vero in hac historia Theoph. hallucinatur, in Cod. Joseus. Qui Constant. eumdem cum Heracleona facit. Μετὰ δὲ Ἡράκλειον (ait) ἐβασίλευσε Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ λεγόμενος Ἡρακλεωνᾶς, Μονοθελητὴς καὶ αὐτὸς, ὅπως ἦν. καὶ φαρμάκῳ ὑπὸ τῆς οἰκείας ἀνῃρέθη.

Pag. 17. Προχειρίζεται Παῦλος.) Theophanes, & Cedrenus anno ab Heraclii morte altero, Pyrrhum e sede dejectum, ac Paulum ejus loco suffectum adstruunt, Octobri mense, Indict. xv. quibus & diserte noster assentitur. Quare A. C. Iↄcxli. eodem quo Herac. obiit, ejectus est Pyrrhus, non Iↄcxlii. ut est in Annal. Nempe Ind. xv. iniit A. Iↄcxli. Septembri. Porro cum non ante abrogatum Heracleonæ Imperium hoc acciderit, qui quidem mensibus senis imperavit, facile mihi persuadeo, vi. illos menses non esse a Constantini Heraclii F. sed ab Heraclii ipsius obitu numerandos; ita ut cum Constantino tribus mensibus, & diebus xiii. imperarit, ex Heraclii testamento. Itaque hoc ipso A. circa Julium mensem, Heracleona pulso, Constans Imperium auspicatus est. Expendendum vero illud attentius, quod scribit Zonaras, Heracleonam hoc anno decennem fuisse. Hoc si verum est, natus est circa A. C. Iↄcxxxii. Heraclii xxii. At nulla hujus rei apud Historicos mentio. Anno quidem Iↄcxxx. Indict. iv. Nov. vii. natus in Oriente ex Martina conjuge David, eademque die Heraclius Heraclii Junioris, sive Constantini F. qui postea Constans est dictus. Potuit igitur hac nominum similitudine deceptus Zonaras Heraclium istum Heraclii senioris & Martinæ F. putare. Mihi vero dubium non est, quin Heracleonas Heraclius ille sit, quem noster pag. 6. in Lazica natum refert. A. scilicet Heraclii xii. vel xvi. qui tum, cum in ordinem redactus est, annos habuit ferme xvi. vel xx. Aut certe Constantinus alter Heraclii filius ex Martina, quem A. Herac. v. natum esse Cedr. ac Theoph. scribunt. Neque enim is cum Heraclio confundi potest, qui in ipsa expeditione natus est in Lazica, aliquot annis post Constantinum Martinæ F. quod fortasse verius est; ita enim imperare cœperit A. ætatis xxvi. Atqui plurima hic ab Heracleona dicta factave narrantur, quæ ægre alteri, quam ei qui virilem ætatem attigerit, accommodari possint.

Κωνσταντῖνος δὲ ἐν Σικελίᾳ.) Ingens hic annorum hiatus est. Quare asterisco notandum hunc locum existimo. Neque adeo supinum fuisse Nicephorum arbitror, ut annorum xxvii. res gestas ne littera quidem attigerit.

Καὶ τότε ἀρξάμενοι.) Constantinus Pogonatus Constantem excipit. Cujus temporibus Saraceni Africam & Orientem vastant. Neque tamen ante annum hujus Imperii v. in Thraciam navigarunt. Quo anno ab Aprili mense ad Septemb. usque continuo pugnatum est, & capta Cyzico ibidem hiemarunt.

Ἐπτὰ δὲ ἔτεσι.) Scribit Theophanes & Cedrenus A. Const. ix. Mardaitas Libanum montem occupasse, tantumque Barbaris injecisse terrorem, ut pacem illico a Romanis petierint. Jam quod vii. totos annos hic noster innuit obsessam esse Constantinopolim, idem Cedrenus ac Theophanes his verbis affirmare videntur. Ἐν τούτοις δὲ πολεμοῦντες ἀπὸ Ἀπριλλίου μηνὸς μέχρι τοῦ Σεπτεμβρίου. καὶ ὑποστρέφοντες ἀπήρχοντο ἐν Κυζίκῳ. καὶ ταύτην παραλαβόντες ἐκεῖσε παρεχείμαζον. καὶ κατὰ τὸ ἔαρ ἀνέβαλλον πόλεμον ὁμοίως τῆς θαλάσσης συνάπτοντες μετὰ τῶν Χριστιανῶν. ἐπὶ ἑπτὰ δὲ ἔτη τοῦτο τελέσαντες, καὶ αἰσχυνθέντες, τῇ τοῦ Θεοῦ βοηθείᾳ καὶ τῆς Θεομήτορος, πλῆθος τε ἀποβαλόντες ἀνδρῶν μαχίμων, καὶ τραυματίας μεγίστους αὐτοὺς γενομένους ἀνθυπέστρεψαν μετὰ μεγάλης λύπης. pag. 75. Hæc Theophanes, quæ mendosa sunt. Verum sub ejus Imperio Constantini nonnisi anno v. in Thraciam delati sunt, eodemque anno confectum est ope divina bellum. Quare cum ambigue loquantur illi, de toto belli tempore, quod etiam sub Constante gestum est, par est ann. numerum accipi. Etenim A. ejus xxvi. Chalcedonem appulsi maxima inde præda potiti sunt, a quo tempore ad A. Pogonati v. anni septeni. Atqui etiam A. Constantis xxi. & deinceps sæpius in Thraciam navigarunt. Ergo ita forsitan componenda res est, ut quamquam plures annos bellum tenuerit, tamen nonnisi septies Constantinopolim usque populabundi pervenerint. Insignis hic annus Const. v. fuit Græculi, ut vocant, ignis artificio tum reperto, cujus auctorem perhibent Callinicum quemdam architectum Heliopolitanum e Syria: quo potissimum Barbari profligati sunt.

Πρὸς δὲ τοῖς πελάζουσι.) Sylaeum inter Lyciæ urbes & Pamphyliæ numerat Const. Porphyrog. Lib. i. de Them. a Vulcanio edito. Steph. Σύλαιον, πόλις Φρυγίας τῆς πρὸς διορθῶσαι. τινὲς δὲ Παμφυλίας. Adverte per αι non per ει scribendum.

Ὁ δὲ τῶν Σαρακηνῶν.) Accidit hoc A. Constant. ix, cum Saraceni a Mardaitis Libani montis insessoribus premerentur. Sed, quod ad tributi summam pertinet, longe a Niceph. discedit Theoph. dum ait, ἔγγραφον γενέσθαι εἰρήνην μεθ' ὅρκου λόγον ἐπὶ συμφώνοις ἔτεσιν τριάκοντα παρέχεσθαι τῇ Ῥωμαϊκῇ πολιτείᾳ παρὰ τῶν Ἀγαρηνῶν χρυσοῦ χιλιάδας τξ΄, καὶ ἄνδρας αἰχμαλώτους ν΄ χιλιάδας, καὶ ἵππους εὐγενεῖς ν΄. Immanis pensitatio. At Cedrenus χρυσίου χιλιάδας ι΄.

Περὶ τῶν Μαιώτιν.) His affinia de Bulgaris narrat Theoph. cujus fragmentum hic reddam.

DE BULGARORUM ORIGINIBUS,
ex Theophanis Manuscriptis.

Καὶ τότε τῷ χρόνῳ τὸ τῶν Βουλγάρων ἔθνος ἐπῆλθε τῇ Θρᾴκῃ. Ἀναγκαῖον δὲ εἰπεῖν καὶ περὶ τῆς ἀρχαιότητος τῶν Οὐννογουνδούρων Βουλγάρων, ἢ Κοτράγων. Ἐν τοῖς ἀρκτῴοις περατικοῖς μέρεσι τοῦ Εὐξείνου Πόντου, ἐν τῇ

λεγομένῃ Μαιώτιδι λίμνῃ, εἰς ἣν εἰσάγεται ποταμὸς μέγιστος ἀπὸ τοῦ Ὠκεανοῦ καταφερόμενος διὰ τῆς τῶν Σαρματῶν γῆς λεγόμενος Ἀτὴλ, εἰς ὃν ἄγεται ὁ λεγόμενος Τάναϊς ποταμὸς, καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν Ἰβηρίων πυλῶν ἐξερχόμενος τῶν ἐν τοῖς Καυκασίοις ὄρεσιν. ἀπὸ δὲ τῆς μίξεως τοῦ Τανάϊ καὶ τοῦ Ἀτὴλ ἄνωθεν τῆς προλεχθείσης Μαιώτιδος λίμνης σχιζομένου τοῦ Ἀτὴλ ἔρχεται ὁ λεγόμενος Κοῦφις ποταμὸς, καὶ ἀποδίδει εἰς τὸ τέλος τῆς Ποντικῆς θαλάσσης, πλησίον τῶν νεκρῶν πυλῶν εἰς τὸ ἄκρωμα, τὸ λεγόμενον Κριοῦ πρόσωπον. ἀπὸ δὲ τῆς προσημανθείσης λίμνης ἴσα ποταμῷ θάλασσα καὶ εἰσάγεται εἰς τὴν Εὐξείνου Πόντου θάλασσαν διὰ τῆς γῆς Βοσφόρου καὶ Κιμμερίου, ἐξ οὗ ποταμοῦ ἀγρεύεται τὸ λεγόμενον Μυρζύλιν, καὶ τὰ τούτου ὅμοια. καὶ εἰς μὲν τὰ πρὸς ἀνατολὴν μέρη τῆς προκειμένης λίμνης ἐπὶ Φαναγουρίαν, καὶ τοὺς ἐκεῖσε οἰκοῦντας Ἑβραίους παράκεινται ἔθνη πλεῖστα. ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς λίμνης ἐπὶ τὸν λεγόμενον Κοῦφιν ποταμὸν ἔνθα τὸ ξυστὸν ἀγρεύεται Βουλγαρικὸν ὀψάριον, ἡ παλαιὰ Βουλγαρία ἐστὶν ἡ μεγάλη, καὶ οἱ λεγόμενοι Κότραγοι ὁμόφυλοι αὐτῶν καὶ οὗτοι τυγχάνοντες. Ἐπὶ δὲ τῶν χρόνων Κωνσταντίνου τοῦ εἰς τὴν δύσιν, Κροβάτου τοῦ κυροῦ τῆς λεχθείσης Βουλγαρίας καὶ τῶν Κοτράγων τὸν βίον μεταλλάξαντος, καὶ πέντε καταλιπόντος υἱοὺς, καὶ διατυπώσαντος μηδαμῶς τούτους ἀποχωρισθῆναι ἐκ τῆς πρὸς ἀλλήλους διαίτης διὰ τὸ πάντῃ κυριεύειν αὐτοὺς, καὶ ἑτέρῳ μὴ δουλοῦσθαι ἔθνει. μετ' ὀλίγον δὲ χρόνον τῆς ἐκείνου τελευτῆς εἰς διαίρεσιν ἐληλυθότες οἱ αὐτοῦ ε' υἱοὶ διέστησαν ἀπ' ἀλλήλων, μετὰ τοῦ ἐν ὑπεξουσιότητι ἑκάστου αὐτῶν ὑποκειμένου λαοῦ. καὶ ὁ μὲν

Edit. Parif. pag. 76. πρῶτος υἱὸς ὁ λεγόμενος Βατβαϊὰν τὴν ἐντολὴν τοῦ πατρὸς φυλάξας διέμεινεν ἐν τῇ προγονικῇ αὐτοῦ γῇ μέχρι τῆς δεῦρο. ὁ δὲ δεύτερος τούτου ἀδελφὸς ὁ λεγόμενος Κότραγος τὸν Τάναϊν διαβὰς ποταμὸν ἀπέναντι τοῦ πρώτου ᾤκησεν ἀδελφοῦ. ὁ δὲ τέταρτος καὶ ὁ πέμπτος τὸν Ἴστρον ἤτοι Δανούβιον λεγόμενον περαιωθέντες ποταμὸν, ὁ μὲν εἰς Παννονίαν τῆς Ἀβαρίας ὑποταγεὶς τῷ Χαγάνῳ τῶν Ἀβάρων ἔμεινεν ἐκεῖ μετὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. Ὁ δὲ πρὸς τὴν πρὸς τῇ Ῥαβέννῃ Πεντάπολιν καταλαβὼν ὑπὸ τὴν βασιλείαν τῶν Χριστιανῶν γέγονεν. ἔπειτα τούτων ὁ τρίτος Ἀσπαροὺχ λεγόμενος τὸν Δάναπριν καὶ Δάναστριν περάσας, καὶ τὸν Ὄγκλον καταλαβὼν βορειοτέρους τοῦ Δανουβίου ποταμοῦ, μεταξὺ τούτου κἀκείνων ᾤκησεν, ἀσφαλῆ καὶ δυσμάχητον εἶναι τὸν τόπον στοχασάμενος ἐξ ἑκάστου μέρους. τελματώδης γὰρ ἔμπροσθεν, καὶ ἄλλοθεν τοῖς ποταμοῖς στεφανούμενος πολλὴν τῷ ἔθνει τεταπεινωμένῳ διὰ τὸν μερισμὸν τὴν ἐκ τῶν πολεμίων παρεῖχεν ἄνεσιν. τούτων δὲ οὕτως εἰς πέντε μέρη διαιρεθέντων, καὶ ἐν βραχύτητι καταντησάντων, ἐξῆλθε τὸ μέγα ἔθνος τῶν Χαζάρων ἀπὸ τοῦ ἐνδοτέρου βάθους Βερζηλίας τῆς πρώτης Σαρματίας, καὶ ἐδέσποσαν πάσης τῆς περατικῆς γῆς, μέχρι τῆς Ποντικῆς θαλάσσης, καὶ τὸν πρῶτον ἀδελφὸν Βατβαϊὰν τῆς πρώτης Βουλγαρίας ἄρχοντα ὑποτελῆ κατεστήσαντο φόρους παρ' αὐτοῦ κομίζεται μέχρι τοῦ νῦν. Subjicit Constantini adversus eos expeditionem. Hujus παρεκβολῆς Latinam interpretationem ex Miscella Pauli Diaconi petere quivis potest, qui plerisque in libris Theophanem ad verbum reddit, præsertim posterioribus, ut ex iis quæ sparsim exscripsimus constare potest. Nam prioribus in libris longe diversus a Theophane Diaconus est: id quod alio loco demonstrabitur.

Περὶ τὴν Μαιώτιν λίμνην.) Multa sunt hac in Topographia perperam a Theophane descripta. Primum Atel ingentem fluvium asserit cum Tanai misceri, atque in Mœotidem decurrere: sed antea rursus a Tanai diductum Cophinem vel facere vel excipere (nam ambigue loquitur) atque in Ponticum exonerare sese, ad Necropyla, & Κριοῦ πρόσωπον. Sunt hæc ægroti veteris somnia. Atel idem est cum Rha Sarmatiæ Asiaticæ ingenti sane fluvio, quem *Edel* ab accolis Tartaris hodieque nominari referunt: ab aliis *Volga*. At is neque cum Tanai miscet undas, neque in Mœotidem, sed in Hyrcanum pelagus evolvitur. Sed & falsum, Tanain ab Ibericis Pylis aut Caucaso fluere. Quod vero monstrum hic procreat, cum ab Atelis; & Tanais divortio exinde Cophinem in Κριοῦ πρόσωπον derivat? Quasi, Rha trans Tanain elapsus, innumeris penetratis amnibus, ac Tauricam Cherronesum, quam lata est, emensus in Ponticum decurrat. Inaudita plane sunt ista. Atenim Theoph. condonanda eo magis hæc oscitantia, quod & in historiarum scriptoribus aliis plerumque vel fides hac in parte vel diligentia desiderari soleat. Sed nemo in hoc tractu delineando luculentius errat, quam qui accuratissimus & habetur a nonnullis, & haberi voluit Ammianus. Hic Lib. XXII. sic Ponticam illam regionem narratione sua deformat, ut aliam ex alia repente fecerit. Imprimis Euxinum ait Scythici arcus in speciem geminis cornibus inflecti, quod verum est. Quod autem extrema hujus arcus duos esse Bosphoros asserit, Cimmerium, & Thracium, hoc vero perabsurdum est. Addit eumdem Euxinum Mœotidis paludibus ad Orientem claudi, quod æque ἀγεωμετρησίαν hominis prodit. Quis adeo Geographiæ rudis, qui in Scythico illo arcu nesciat nervi instar Asiaticum esse littus a Bosphoro ad Colchos, Phasinque fluvium? ac cum, ut idem loquitur, Scythicus arcus *circumductis utrinque introrsus pandis & patulis cornibus effigiem Lunæ decrescentis ostendat, medietatem recta & rotunda regula dividente*, primum cornu ab ora Thraciæ in Κριοῦ μέτωπον desinere, inde regulæ instar exeunte Cherronesi littore alterum cornu aliquantum supra Cimmerium Bosphorum inchoari? indidemque procul ad Colchos & Phasin usque porrigi, Mœotidem porro Euxino Ponto prorsus ad Septentrionem incumbere? Quæ omnia Poetarum elegantissimus Dionysius ὁ περιηγητὴς aureis istis versibus cecinit:

Ἐκ τοῦ δ' αὖ καὶ Πόντον ἴδοις διθάλασσον ἐόντα
Τόρνῳ ἐειδόμενον περιηγέος ἄμματι τόξου. pap. 77.
Ἀλλ' ἤν νευρῆς σημεῖα δεξιὰ Πόντου
Ἰθὺ δὲ γραμμωθέντα, μέση δέ τοι ἐστὶ Κάραμβις
Γραμμῆς ἐκτὸς ἐοῦσα, καὶ εἰς βορέην ὁρόωσα.
Σῆμα δ' ἔχει κεραῶν σκαιὸς πόρος, ὅς τ' ἐπὶ δισσὴν
Εἱλεῖται στροφάλιγγα βιοῦ κεραοῖσιν ἐοικώς.
Τῷ καὶ πρὸς βορέην Μαιώτιδος ὕδατα λίμνης
Ἐγκέχυται.

Reliqua apud eumdem Ammianum non minus ridicula, velut cum a Carambi Promontorio maritimam oram, cujus Halys initium est, nervi speciem exhibere dicit, duabus arcus summitatibus implicati. Atqui longe ante Carambin ille nervus incipit, neque Halys fluvius eidem Promont. adeo vicinus est. Mitto alia peræque absona, quæ & in hac Ponti, & in Ægypti Chorographia, & in aliis ferme omnibus committere solet. Atque ut ex Theophanis tam turbida descriptione liquidi utcumque aliquid exprimatur, Magnam ille Bulgariam ad Mæotidis paludes cis Tanain constituit, ubi Jazyges, & Roxolani, aliique Scythæ quondam, vel Sarmatæ, nunc Moschovitæ, vel minores Tartari nuncupati.

Βατβαϊὰν υἱός.) Varie hujus nomen concipitur, ut & Patris, qui Crobatus a Theophane dicitur, Filius vero Batgaigan, vel Batgajan.

Τὸν Δάναπριν, καὶ Δάναστριν.) Cedrenus in A. Copronymi XXIII, fluvios illos conjunctim nominat, Danubium, Κοῦφιν, Danastrin & Danaprin. Κοῦφιν verisimile est Cophinem esse, de quo paulo antea. Jornandes de rebus Geticis: *Scythia*, inquit, *Germanæ terræ confinis eotenus ubi Ister oritur amnis, vel stagnum dilatatur, Mysianum, tendens usque ad flumina Tyram, Danastrum, & Vagosolam, magnumque illum Danaprum, &c.* Paulo post: *Antes vero qui sunt eorum fortissimi, qui ad Ponticum mare curvantur, a Danastro extenduntur usque ad Danaprum: quæ flumina multis mansionibus ab invicem absunt.* Jam Danastrus ab incolis Borysthenes dicitur ut idem testatur, & hodie *Dnieper* appellatur, quo cum falso a quibusdam Danaprus confunditur, inter quem & Istrum Danastrus est, ut Ammianus prodit L. 31. id quod ante nos Ortelius observavit. Sed quisnam Danastrus ille sit nondum liquet. Forsitan idem est cum Tyra fluvio, Cuphis vero cum Axiace, vel contra.

Τῆς Βερζηλίας.) Hanc Berzeliam vocat Theophanes. Alii Berzitiam. Sed corrupta sunt quæ sequuntur.

Ἐπὶ Μεσημβρίαν.) P. Diac. in Miscella perperam *Meridiem* vertit, cum sit proprium urbis nomen.

Pag. 19. Βαρνᾶν πλησίον.) Barna & Odyssus Mœsiæ inferioris urbes.

Ταῦτα διέγνως Κωνσταντῖνος.) Sexta Synodus coacta sub Agathone habita est A. XIII. Imperii Constantini Pogonati, ut auctor est Cedren. Niceph. in Chronico, & alii. Theophanes ad ann. XII. refert. Qui insuper ultimo A. Pogonati prolixe de Synodi hujus tempore disputat. Quem locum hic tibi reddemus, Ιστέον ὅτι μάτlω ληρωδῶς φλυαροῦσί τινες, λέγοντες μετὰ δ' ἔτη γεγονέναι τοὺς παρ' αὐτοῖς φημιζομένους τῆς ϛ'. συνόδου κεφαλαιώδεις τύπους. ὡς γὰρ ἐν πᾶσι ψευδαγορεύοντες ἐλέγχονται, ἀποδείκνυνται καὶ ἐν τούτοις μηδὲν ἀληθὲς λέγοντες. Η γὰρ ἀκριβὴς χρονικὴ ἀποσημείωσις τὴν μετὰ τῶν Μονοθελητῶν ἁγίαν Οἰκουμενικὴν ϛ' σύνοδον ἐν τῷ ιβ' ἔτει τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου ἐκγόνου Ηρακλείου γενέσθαι λέγουσα, ἐν ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ,ϛροβ'. καὶ ὅτι μετὰ τοῦτο ἐβασίλευσεν ὁ αὐτὸς Κωνσταντῖνος ἔτη ι'. καὶ τελευτήσαντος αὐτοῦ ἐμονάρχησεν Ιουστινιανὸς ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ι'. ἐκβληθέντος δὲ Ιουστινιανοῦ ἐκράτησε Λεόντιος ἔτη γ'. καὶ μετὰ Λεόντιον καὶ ὁ Αψίμαρος ἔτη ζ'. καὶ πάλιν Ιουστινιανὸς ὁ ἐκβληθεὶς ἔτη ϛ'. ὡς εὑρίσκεσθαι ἐξ αὐτῶν τῶν ἐκδεδομένων τύπων, τῷ β' ἔτει τῆς ἐσχάτης βασιλείας τοῦ αὐτοῦ Ρινοκοπημένου Ιουστινιανοῦ ἐκτεθεῖσθαι αὐτοὺς περιέχοντας ἐν τῷ τρίτῳ τύπῳ αὐτοῦ ταῖς λέξεσιν οὕτως. συνορῶμεν ὥστε τοὺς μὲν δυσὶ γάμοις περιπαρέντας, καὶ μέχρι τῆς ιε' τοῦ παρελθόντος Ιανουαρίου μηνὸς τῆς παρελθούσης δ' Ινδικτιῶνος ,ϛρηϛ' δουλωθέντας τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ μὴ ἀνανῆψαι αὐτοὺς προῃρημένους, καθαιρέσει κανονικῇ ὑποβάλλεσθαι. καὶ μεθ' ἕτερα. τοὺς δὲ μετὰ τὴν χειροτονίαν γάμῳ ἐπὶ παρανόμῳ
Edit. Paris. pag. 78.
προσομιλήσαντας, τουτέστι Πρεσβυτέρους, καὶ Διακόνους, καὶ Υποδιακόνους, ἤδη ἐπὶ βραχύν τινα χρόνον ἀρθέντας τῆς ἱερᾶς λειτουργίας καὶ ἐπιτιμηθέντας αὖθις αὐτοὺς ἐν τοῖς οἰκείοις ἀποκατασταθῆναι βαθμοῖς, μηδαμῶς μείζονι προκόπτοντας βαθμῷ προδήλως διαλυθέντος αὐτοῖς τοῦ ἀθέσμου συνοικεσίου. Ωστε ἐξ αὐτῆς τῆς χρονικῆς ἀποσημειώσεως ἀριδήλως φαίνεσθαι συναγόμενα ἀπὸ τῆς ἁγίας οἰκουμενικῆς ϛ' συνόδου ἕως τῶν ἐκδιδομένων τύπων ἔτη κζ'. Πατριαρχούντων ἐν τῇ ἁγίᾳ Οἰκουμενικῇ συνόδῳ Κωνσταντινουπόλεως Γεωργίου, ἔτος ἄγοντος τῆς πατριαρχίας γ'. καὶ μετὰ τὴν σύνοδον πατριαρχήσαντος ἄλλα ἔτη γ'. μετὰ δὲ τοῦτον Θεοδώρου ἔτη γ'. καὶ Κύρου ἔτη ιβ'. ὡς συνάγεσθαι καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν πατριαρχῶν ἔτη κζ'. ἀπὸ δὲ τῶν ἐκδιδομένων τύπων ἕως τοῦ τετάρτου ἔτους Φιλιππικοῦ ἔτη ϛ'. καὶ ἐν τῷ αὐτῷ α' ἔτει τῆς Βασιλείας Φιλιππικοῦ γενέσθαι ἐμμανῆ σύνοδον κατὰ τῆς ἁγίας Οἰκουμενικῆς ϛ' συνόδου, καὶ ἐξωσθέντος Κύρου τῷ ϛ' ἔτει τῆς πατριαρχίας αὐτοῦ γενέσθαι Ιωάννην πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως, Ανδρέαν δὲ Μητροπολίτην τῆς Κρήτης, καὶ Γερμανὸν Μητροπολίτην Κυζίκου, ὑπογράψαντος προδήλως, καὶ ἀναθεματίσαντος μετὰ πάντων τῶν κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τὴν ἀθροισθεῖσαν κατὰ τῶν Μονοθελητῶν ἁγίαν Οἰκουμενικὴν ϛ' σύνοδον. μετὰ δὲ ἔτη γ' τελευτήσαντος Ιωάννου μετατεθῆναι Γερμανὸν ἀπὸ Κυζίκου, καὶ πατριαρχῆσαι Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῷ ιγ' ἔτει τῆς βασιλείας Λέοντος ἐξορισθῆναι, καὶ γενέσθαι Αναστάσιον, καὶ πατριαρχῆσαι ἔτη κδ'. καὶ μετ' αὐτὸν Κωνσταντῖνον ἔτη ιβ'. καὶ Νικήταν ιδ'. καὶ Παῦλον ι'. καὶ Ταράσιον κα'. καὶ Νικηφόρον η'. καὶ Θεόδοτον ϛ'. καὶ Αντώνιον ιϛ'. καὶ Ιωάννην τὸν Λεκανόμαντιν ἔτη ϛ'. καὶ μῆνας. Hæc ille. Quæ hoc loco discutere minime necesse est. Ut ad VI. Synodum redeam, haud dubium est, quin A. C. IↃCLXXX. inchoata sit, Indict. IX. Novemb. VII. die, finitaque sit anno sequenti. Quo (ut refert Anastasius) XVII. Februarii Dominica fuit, Cyclo Solis XVIII. Lit. Dom. F. In Actis VI. Synodi notatur hic annus Constantini XXVII. quod reliquos cum patre adhuc superstite imperarit. Quotus vero hic post Constantis obitum fuerit certo definiri posset, si de mense ac die constaret, quo Constans vivere desiit.

Εἰς τὴν τοῦ Οψικίου.) De Opsiciano Themate abunde disputat Constantinus Porphyrogeneta a Vulcanio editus: sub quo comprehensi Bithyni, Mysi, Phryges, Dardani, Troes. Οψίκιον Latina vox est. Quare *Obsequiantes* nonnumquam redimus. Significat enim τοὺς προπορευομένους ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως ἐπὶ εὐταξίᾳ καὶ τιμῇ. Ideo Comes iis præerat, non στρατηγός. Inde verbum ὀψικεύειν. Joannes Climacus Græce nondum editus, qui est penes R. P. Frontonem Ducæum, in Κλιμ. α'. Ιδον γάρ τινας φεύγοντας καὶ ἀκουσίως τῷ βασιλεῖ προσερχομένους, καὶ ἀπαντῶντας προσερχομένῳ, καὶ τούτῳ λοιπὸν ἑκουσίως ὀψικεύοντας, καὶ ἐν τῷ Παλατίῳ αὐτῷ συνεισελθόντας.

Pag. 20. Ταμίας τῶν βασιλικῶν.) Sacellarium vocat Theophanes. Ιουστινιανὸς δὲ (inquit) εἰς τὰ τοῦ Παλατίου κτίσματα ἐπεμελεῖτο. καὶ ἔκτισε τὸν Ιουστινιανοῦ Τρίκλινον λεγόμενον, καὶ τὰ τοῦ Παλατίου περιτειχίσματα. καὶ ἐπίστευσεν ἐπιστάτην Στέφανον τὸν Πέρσην Σακελλάριον αὐτοῦ, καὶ πρωτοευνοῦχον κύριον, καὶ ἐξουσιαστὴν, λίαν ὄντα αἱμοβόρον, καὶ ἀπηνῆ, &c. Egregium fuit Justiniani opus illud, quod a Constantino Manassis celebratur his versibus.

> Ος ἀπὸ βάθρων ἤγειρεν ἀπὸ ῥιζῶν ἐσχάτων
> Τὸν μέγαν οἶκον τὸν λαμπρὸν τὸν ἐν ταῖς ἀνακτόροις
> Χρυσέων πυραυγήμασι ψηφίδων καταυγάσας:
> Τοὺς τοίχους, καὶ τὸ δάπεδον μαρμάροις καταχρύσοις.
> Ος ἔτι τοῦ δομήτορος τὴν κλῆσιν διασώζει.

Quod in A. ejus IX. confert Theophanes, qui fuit Christi IↃCXCIII. Quo anno ecclipsis Solis contigit μηνὶ ὀκτωβρίῳ ε'. ἡμέρᾳ α'. ὥρᾳ γ'. hoc est Octobris V. Feria I. hora 3. Cyclo Lunæ X. Solis 2. Sigebertus A. 695. frustra eam accidisse refert, biennio post.

Μάστιγας αὐτῇ ἐν σχήματι.) Intentasse solum scuticam, non etiam verberasse ex hoc loco videtur. At Theoph. & Cedren. διὰ ἀβλωνῶν μαστιγῶσαι tradunt, hoc est habenis, seu loris cæcidisse.

Τῶν δημοσίων λογιστῶν.) Theophanes γενικὸν λογοθέσιον vocat. pag. 79.

Ανατολικοῦ καλουμένου.) De hoc Themate consule quæ habet Porphyrog.

Τὴν γλῶτταν, καὶ τὴν ῥῖνα.) De lingua consentit & Theophan. Ημέρας δὲ γενομένης ἐξάγουσι τὸν Ιουστινιανὸν εἰς τὸ ἱπποδρομεῖον διὰ τῆς σφενδόνης, καὶ ῥινοκοπήσαντες αὐτὸν, καὶ γλωσσοκοπήσαντες ἐξώρισαν ἐν Χερσῶνι. Sed Constantinus, Zonaras, Cedrenus & alii nasum dumtaxat amputatum asserunt, quod verius puto. Nam & postea locutus traditur, & inter cæteras nefaria vox ejus audita est, cum in tempestate monitus, ut injuriarum omnium obliturum se Deo voveret, respondit; Εἰ φείσομαι τούτων τινὸς, αὐτίκα καταποντισθείην ὧδε. Atque hoc ab Illust. Baronio ante nos animadversum.

Pag. 21. Τῶν Κιβυρραιωτῶν.) De Themate Cibyrrhæotarum adi Constant. Porphyrog.

Τὸ λεγόμενον Δόρας.) Daras, Theoph. Cedrenus & Paulus Diac. legunt, itaque restituendum videtur.

P. 22. Εἰς Τόμιν παρακαλέμενον.) Quæ sit hæc Tomis nondum comperi. Neque enim oppidum illud est inferioris Mysiæ Ovidii exilio celebre, quod a Phanagoria longo maris tractu secernitur. Nam hoc nostrum a Cimmerio Bosphoro, & ab illa urbe non longe abesse necesse est, quo se clanculum Justinianus subduxit, antequam horiam, sive piscatoriam scapham conscenderet. Theophanes. Αὐτὸς δὲ ἀπὸ Φαναγουρίας λαθραποδράσας εἰς Τόμιν κατῆλθε, καὶ ἁλιάδα ἐξαρτισμένην ἐπέβη ἐν αὐτῇ, καὶ παραπλεύσας τὴν Συμβόλου πλησίον τῆς Χερσῶνος, καὶ ἀποστείλας κρυπτῶς ἐν Χερσῶνι ἤγαγε Βαρβαλίαρον καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, τόν τε Σάλιβανον, σὺν Θεοφίλῳ, καὶ σὺν αὐτοῖς ἀποπλεύσας διέβη τὸν φάρον τοῦ Χερσῶνος. εἶθ' οὕτω παραπλεύσας τὰ Νεκρόπυλα, τὸ στόμιόν τι τοῦ Δανάπρι, καὶ τοῦ Δάναστρι, κλύδωνος γεγονότος ἀπέγνωσαν πάντες τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν.

Ταύτην παραπλεύσας.) For. τὴν ἀκτήν.

Εν τῷ καλουμένῳ κυνηγίῳ.) Miscellæ auctor lib. XX. *Vivarium animantium* interpretatus est. Locus ubi catabulum erat, & ferarum clausura. Vide Codinum in Constantinopoli.

Κατὰ τὸν Δαμάτρυν.) Constant. Manas.

> Αντιστρατοπεδεύεται πρὸς ὄρεσι γηλόφοις
> Απερ κατὰ συνήθειαν φαμὲν τοῦ Δαμάτρυος.

Pag. 25. Καὶ τοῦτον εἰς τὴν καλουμένην.) Theoph. Καὶ λαβόντες τὸν παῖδα ἐπὶ τὸ ἄνω τῶν Καλλινίκου παραπόρτιον, καὶ τοῦτον ἐκδύσαντες, καὶ ἐπὶ τῆς φλιᾶς ἁπλώσαντες, δίκην προβάτου αὐτὸν ἐλαρυγγοτόμησαν, καὶ τοῦτον ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Αναργύρων τῷ λεγομένῳ Παυλίνου ταφῆναι προσέταξεν. Ubi for. leg. Καλλινίκων. Callinici videntur esse XL. Martyres, quorum in honorem Tiberius Mauricii socer Templum condidit. Constantinus Manasses.

Καὶ πρῶτοι κατεβάλλετο τὰς ῥίζας τοῦ τεμένους
Τὸν τεσσαράκοντα Χορὸν μαρτύρων Καλλινίκου.

Sed & sancti Callinici Templum Constantinopoli fuit, quod A. Justiniani XXXI. terræmotu corruit, auctore Theophane. Quod ad XL. Martyres attinet emendandus obiter insignis locus L. I. Geoponicon, ubi horum Martyrum mentio fit, qui in vulgatis codicibus mendosus est: Κἀκεῖνο δέ (inquit c. de Prognosticis p. 9.) ἐκ παρατηρήσεως τινές φασιν, ὅτι ἀπὸ τῆς ἑβδόμης τοῦ Μαρτίου μηνὸς, ἕως τῆς ιδ' αὐτοῦ μηνὸς εἴωθεν ἐπὶ τὸ ψυχρότερον τρέπεσθαι ὁ ἀήρ. κατ' ἐκείνας γὰρ τὰς ἡμέρας καὶ οἱ μύριοι μάρτυρες τοῖς παγετοῖς παραδοθέντες ἤθλησαν. Corrigendum vero, ut in duobus M. S. Bibliothecæ Illustris. Card. Jojeusæ reperi, οἱ τεσσαράκοντα μάρτυρες τοῖς πάγοις παραδοθέντες ἐμαρτύρησαν. Nam cum μ, hoc est XL. scriptum esset, librarius μυρίοι esse credidit.

Τοὺς δὲ ἐν τῇ ἕκτῃ &c.) Anno primo Philippici Bardanis pseudosynodum hanc coactam scribit Theophanes, non anno secundo ut vulgo Chronographi.

Edit. Parisf pag. 80.
Καὶ Γερμανὸν τὸν Κυζίκου.) Falsum omnino sanctissimum virum Germanum Cyzici Episcopum huic synodo subscripsisse: etsi idem apud Theophanem legitur. Εὗρεν (inquit) ὁμόφρονας αὐτῷ Ἰωάννην, ὃν Ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως πεποίηκε. καθελὼν Κῦρον τὸν ταύτης πρόεδρον, ὃν καὶ περιώρισεν ἐν τῷ τῆς Λωρας μοναστηρίῳ, Γερμανόν τε τὸν μετὰ ταῦτα τὸν Κωνσταντινουπόλεως κατασχόντα, Κυζίκου, καὶ Ἀνδρέαν τὸν αὐτὸν Ἐπίσκοπον Κρήτης ὄντα, Νικόλαόν τε τὸν ἀποκαυκοφθαρμένον σοφιστὴν γεγονότα τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμης, Κυαιστορά τε τότε ὑπάρχοντα. Verius existimo Germanum ipsum sede sua pulsum, ut cum Cyro a Theophane conjunctus sit, sed ἀνακόλουθον in oratione tunc erit. Cæterum quod Λώρας apud Theoph. scriptum est mutandum in Χώρας.

Φιλιππικὸς δὲ γενέθλιον.) Difficilis admodum, & inextricabilis hæc temporis nota, quam ad unum Historici omnes referunt. Theophanes in anno II. Philippici, Δευτέρου χρόνου τῆς βασιλείας Φιλιππικοῦ ἐν τούτοις παραδραμόντος, καὶ τοῦ γενεθλίου ἐπιτελουμένου ἱππικοῦ, Πρασίνων νικησάντων, ἔδοξε τῷ Βασιλεῖ τῷ Σαββάτῳ τῆς ν' καβαλλαρίων μεταδοχῆς καὶ ὀργάνων εἰσελθεῖν, καὶ λούσασθαι εἰς τὸ δημόσιον λουτρὸν τοῦ Ζευξίππου, &c. Sequitur. Τῇ δὲ ἐπαύριον, ἤγουν τῇ ν', συναχθέντος τοῦ λαοῦ εἰς τὴν μεγάλην Ἐκκλησίαν, ἐστέφθη Ἀρτέμιος. Ergo Sabbato Pentecostes γενέθλιον τῆς πόλεως, quod perspicue Nicephorus tradit. In Menologio Græcorum ad XI. Maii notatur τὸ γενέθλιον τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Oportet igitur hoc anno Pentecosten in Maii XII. incidisse. Annus a Fastorum conditoribus Christi IↃCCXIII. statuitur, Ind. XI. Cyclo Lunæ XI. Cyclo Solis Const. XVII. Epactæ Solis VI. Luna XIV. Aprilis XV. quæ cum Concurrentibus dat Feriam VII. Ideo postridie XVI. ejusdem Mensis Pascha, Cyclo Solis Romano XXII. Lit. A. Pentecoste vero Junii IV. longe post XII. Maii. Sed neque ante hunc annum, præterquam A. IↃCXLII. Pentecoste in Maii XII. incurrit, neque post, nisi tantum A. IↃCCXXVI. ut ex Bedæ, ac Dionysii cyclis intelliges. Proinde falsum τὰ γενέθλια Constant. in Sabbatum ante Pentecosten incidere, ut asserit falso Sethus Calvisius, alioqui Pascha XXIV. Martii esse debuit, quod est absurdissimum. Quod vero Theophanem testem nominat, satis quod initio dictum est ostendit, se oscitanter admodum in Illustriss. Baronii Annalibus, quæ Chronologiæ illius unica seges est, Scriptorum loca percurrere. Illic enim Sabbatum fuisse dicitur, cujus postridie Pentecoste fuerit, quod etiam Zonaras ac Cedrenus docent. Cæterum Theophanis iste locus iisdem in Annal. ex Miscella perobscure redditus est: *Circoque natalitio* (inquit) *cum Prasini vicissent*. Nec minus Græca ipsa perplexa. Quorum tamen sensus est is quem ex Nicephoro nostro colligimus, Natali urbis equestre certamen esse commissum. Sed quoto demum anno data illa natalitia sunt? Si urbis revera fuerunt, de Pentecoste falsum. Vide igitur an Philippici ipsius natalis dies fuerit, qui cum aliquot diebus post natalem urbis incidisset, Junii videlicet III. ambo illi dies in unum ab Historicis temere conflati sunt.

Δεύτερον ἔτος.) Paulus Diaconus annum unum, & VI. menses Philippico tribuit. Reliqui duos annos Constant. Manass.

Δυσὶ γὰρ μόνοις ἔτεσιν ἐγεύσατο τοῦ σκήπτρου.

Zonaras præter annos duos aliquot menses addit. Theophanes A. 2. menses 9. Chronicon Cleric. A. totidem. M. VIII.

Ἀρτέμιος Φιλιππικοῦ.) Constantinus.

Ἦν δὲ βραδὺς καὶ δραστικὸς, καὶ βίβλοις τεθραμμένος
Ἀνάκτων ὑπογραμματεὺς, ὃν φασιν Ἀσηκρῆτιν.

Pag. 26. Ἐχαίρετο ἐν τῇ πόλει.) Deest verbum aliquod: puta διέτριψε.

Ἐπὶ τὸν Φοίνικα ναυπηγησίμων.) Depravatus hic locus, quod interpretatione ipsa exprimere studuimus. Vera enim lectio genitivum postulabat ναυπηγησίμων. *Barbari*, inquit, *ad cædendam materiam profecti*. Quam lectionem indicat Zonaras in Anastasio. Μαθὼν δὲ ὅτι ἐξ Ἀλεξανδρείας ἐπὶ Φοινίκην πλοῖα προσώρμισαν, ἵνα ξύλα ἐκεῖθεν κομίσωνται ναυπηγήσιμα. Ubi Phœniciam esse vult regionem illam, ad quam Saraceni navigarunt. At cum Niceph. τὸ Φοίνικα scribat, putavimus ad ejus nominis oppidum, fluviumque pertinere, qui Rhodo insulæ vicinus est: de quo Stephanus. Tu vide an ita restituenda sit interpretatio nostra. *Cum jam rumor percrebuisset, Saracenorum classem cædendarum ad navium fabricam cupressuum caussa in Phœniciam trajecisse*. Theophanes etiam τὸν Φοίνικα scripsit. Μαθὼν δὲ Ἀρτέμιος ὅτι στόλος τῶν Σαρακηνῶν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἐπὶ τὸν Φοίνικα ἀνέδραμε πρὸς τὸ κόψαι ξύλων κυπαρισσίνων, &c. pag. 81.

Τοὺς δὲ ἐν αὐτῇ ἄρχοντας.) Neque hic locus vitio caret. Leg. forte δι' αὐτῶν πιστωσόμενος. Magistratus omnes, una cum Germano Patriarcha Nicæam deduci jubet, ut iis conspectis Anastasius captam esse Constantinopolim sciret. Theophanes, Τοὺς δὲ ἐν αὐτῇ ὑπάρχοντας τοῦ Ἀρτεμίου ἄρχοντας, ἅμα Γερμανῷ τῷ Πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως συλλαβόμενοι ἐν Νικαίᾳ ἀπήγαγον, πρὸς πίστωσιν Ἀρτεμίου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ὄντων. Porro eodem hoc anno, Augusti XI. Germanus e Cyzico translatus fuerat. Hic fuit Anastasii finis, qui imperavit ann I. menses III.

Pag. 27. Ἐνιαυτὸν ἕνα.) Ita Niceph. in Chronico in Ομάδι χρόνων, Maximi chronico subjecta, cum Theophane. At Zonaras & Cedr. annos duos. Sed & Constant. Manass.

Ἐπιστεμμένος ἐν δυσὶ γευσάμενος τοῦ κράτους.

Λέων ὁ Πατρίκιος.) De hujus initio, sicut & de annorum, quibus imperavit, numero, non eadem scriptores sentiunt. Theoph. anno ejus Imperii ultimo, Ἐβασίλευσεν (ait) ὁ αὐτὸς Λέων ἀπὸ κε' τοῦ Μαρτίου μηνὸς τῆς ιε' Ἰνδ. ἕως μηνὸς Ἰουνίου ιη' τῆς θ' Ἰνδ. βασιλεύσας ἔτη κδ', μῆνας β'. ἡμέρας κε'. Si Indict. XV. Martii XXV. Imperium cœpit, annus erat Christi IↃCCXVII. desiitque A. IↃCCXLI. Jun. XVIII. Ind. IX. Itaque imperavit A. XXIV. M. II. D. XXV. Cedrenus, Zonaras, Chronicon Cleric. aliique annos totidem assignant. At Nicephor. in Chron. A. XXV. M. III. D. XIV. Sed & Theoph. ex Card. Jojeusæ Bibliot. præcise A. XXV. Accedit & Constantinus his versibus.

Ὡς δ' ἐπὶ χρόνους εἴκοσι τοῦ κράτους ἀπολαύσας
Σὺν ἄλλοις πέντε δυσσεβῶς, ἢ μᾶλλον τυραννήσας.

Nos cum Illustrissimo Annalium scriptore Leonis exordium A. IↃCCXVI. constituimus, cum ex Gregorii P. Epistola jam tum ab Indict. XIV. eumdem imperasse constet, unaque Nicephori Chronico, quod ad Imperii tempus attinet, libentius assentimur.

Ἔκ τινος δαιμονιακῆς αἰτίας.) Ejusmodi portenta Gnosticorum, & Euchitarum, ac Manichæorum consuetudo peperit. De quibus Epiphanius. sed & Psellus L. περὶ ἐνεργ. δαιμ. pag. 22. edit. novæ, ab erudito viro Gilberto Gaulmino amico nostro doctissimis Notis nuperrime locupletatæ.

Pag. 28. Πεντεκαιδεκάτῃ δὲ τοῦ εἰσιόντος.) Theophanes: Τῇ δὲ ιε'. τοῦ Αὐγούστου μηνὸς ἐκ τῆς πόλεως ἀπάραντες, καὶ ἀνέμῳ σφοδροτάτῳ πνεύσαντι, οἱ μὲν ἐν Προκοννήσῳ, καὶ ταῖς ἄλλαις ἀκταῖς ἀπώλοντο, &c.

Pag. 29. Καὶ Θεοδόσιον.) Theophanes Theoctistum hunc appellare videtur, anno Leonis III. πρωτοασηκρῆτιν, hoc est primum a Secretis. Imo etiam paulo post Nicephorus Theoctistum eumdem appel-

lat. Fuerunt Constantinopoli Notariorum ordines III. Alii Notarii Tribuni, Tribunis Prætorianis æquati: alii Domestici, qui Imperatori a Secretis erant. Tertii inferiores Tribuni Notarii, Vide Not. Imp. Cassi. L. I. Var. IV. *Pater enim Candidatus sub Valentiniano Principe gessit Tribuni & Notarii laudabiliter dignitatem. Honor qui tunc dabatur egregiis, dum ad Imperiale secretum tales constet eligi, in quibus reprehensionis vitium nequeat inveniri.* Itaque ὁ πρωτασηκρῆτις est πρῶτος τῶν βασιλικῶν γραμματέων.

Πέμπτῃ καὶ εἰκάδι.) Theophanes: Τούτῳ τῷ ἔτει, (Leonis IV.) Ἰνδ. γ΄ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Πάσχα ἐστέφθη Κωνσταντῖνος ὑπὸ Λέοντος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐν τῷ Τριβουναλίῳ τῶν ιθ΄ ἀκκουβίτων, &c. Factum id A. IƆCCXX. Cyclo Lunæ XVIII. Cyclo Solis Constantin. XXIV. Terminus Paschalis XXIX. Martii, cum qua φράζεται ε΄. & Concurrentes I. (male enim apud Scal. in Maximi Rota est Δ pro A. in utraque Editione) dant Fer. VI. Ideo Pascha Martii XXXI. Cyclo Solis Romano I. Lit. Dom. F. Errat igitur Nicephorus, vel legendum πρώτῃ, καὶ τριακάδι. Edit. Paris. pag. 82.

Δωδεκαονία Ἀκκουβίτων.) Theophan. in A. XXX. Justiniani. Ὥστε τὰ ἔξωθεν γινόμενα ἄριστα τῶν ἀκκουβίτων ἐπαυσε, καὶ τὴν τούτων ἐξόδον τοῖς πτωχοῖς δίδοσθαι. Quæ ita reddidit Paulus Diacon. L. XVI. *Sed & sancta Christi Nativitate absque illa* (corona) *processit in Ecclesiam, ita ut etiam prandia, quæ ex more fiunt in XIX. accubitibus cessare faceret, & eorum expensas egenis tribueret.*

Οἷον δὲ κατὰ τὰς χρόνους.) A Leonis X. De quo vide Theoph. hoc est Miscellam, & Cedrenum.

Τῇ ἱερᾷ καλουμένῃ νήσῳ.) Strabo Lib. I. De Thera, & Therasia Plinius Lib. 2. & Sen. VI. Nat. Quæst.

Κοσμᾶς δὲ καὶ ἕτερός τις.) Indict. X. Aprilis XVIII. victus est Cosmas, ait Theoph. A. Leonis X.

Pag. 30. Καὶ συγγράφων.) For. ὑπογράφων. Hoc contigit Theophani A. Leonis XIII. nobis XIV. Depositus est vero S. Germanus Januarii die VII. (ait Theoph.) Indict. XIII. Feria III. Sed perperam pro feria VII. aut certe Januar. III. leg. Erat Cycl. Solis XI. Littera A. Quo die indictum sacris Imaginibus silentium, ut loquitur Theophanes, ab hæreticorum hujus temporis signifero & execrando Leone. Sedit Germanus A. XIV. Menses V. D. VII. Ac Januarii XXII. suffectus ei est Anastasius.

Χρόνου δὲ μεταξύ.) Anno Leonis XXIV. Octobris XXVI. Ind. IX. feria IV. hora VIII. vehemens ille terræ motus accidit, ut scribit Theophanes. Indictio IX. cœpit A. C. IƆCCXL. Cyclo Solis XXI. Lit. Dom. B. Ita Oct. XXVI. Feria IV.

Τέσσαρα ἢ εἴκοσι.) Leg. μετὰ τέσσαρα ἢ εἴκοσι. Vide quæ supra disputavimus. Addit Theoph. Ἔτος ἦν ἀπὸ μὲν κτίσεως κόσμου κατὰ Ῥωμαίους ‚ϛσμ΄ ἀπὸ Ἀδάμ. κατὰ δὲ Αἰγυπτίους ἤγουν Ἀλεξανδρεῖς ‚ϛσλβ΄. ἀπὸ δὲ Φιλίππου καὶ Μακεδόνος ‚αξγ΄.

Διαδέχεται δὲ τὴν ἀρχήν.) Eodem A. IƆCCXLI. Indict. IX. Junii XVIII. Constantinus imperium capessit.

Ἀρτάβαζος δέ.) Artabasdum hunc Theophanes appellat, de quo fusius agit.

Τὸ πεδίον δ Κράσου.) A. Copronymi II. ineunte Ju. XXVII. Ind. X. Proinde anno IƆCCLII. non superiore, contigit quod huc loco narratur.

Καὶ Βύζηρον.) Corrupta hæc sunt, & ex Theoph. castiganda. Καὶ τὸν μὲν Πατρίκιον Βαστὴρ τὸν Σαρακηνόφρονα ἀποδεκαπωτήσαντα ῥομφαίᾳ ἀνεῖλεν. Ὁ δὲ Κωνσταντῖνος παρέστησεν ἔμψυχον, καὶ ἐπιβὰς εἰς αὐτὸν ἔφυγεν εἰς τὸ Ἀμόριον, &c.

Pag. 31. Ὁπηνίκα οἱ.) Vitiosa sunt quæ deinceps sequuntur. Nos ita vertimus, quasi scriptum esset, ἐν. οἱ μακρὰ ἐκεῖνον περὶ τοῖς ἀρ ἃ μέλλω τὸν ἐμφ. &c. Quid sibi deinceps velit, Theoph. verba declarant A. Constant. II. Ὁ δὲ ἀρχέκακος τῶν διαβόλων τοιούτων κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἐν τοῖς χρόνοις τούτοις ἤγειρε μανίαν, καὶ ἀλλοτριαν, ὥστε τέκνα κατὰ γονέων, καὶ ἀδελφοὺς κατ' ἀδελφῶν συγκινῆσαι ἀφειδῶς εἰς σφαγὴν, καὶ ἀναιδῶς ἐμπυρίζειν τοὺς ἀλλήλοις ὑπαρχούσας τέφρας τε, καὶ οἰκίας.

Ἐν τούτοις χαλεπώτερος.) Anno Constantini III. Ind. XII. ineunte. Theoph.

Καὶ καθ' ὃν τόπον.) Manca & depravata sunt quæ sequuntur. Pestis hæc A. IƆCCXLV. & sequenti, hoc est tota Indict. XIV. tenuit, Constantini IV.

Τύπου σταυροειδεῖς.) Theophanes. Αὐτίκα γοῦν ἤρξατο αἰφνιδίως τε, καὶ ἀφανῶς γίνεσθαι σημεῖα ἐν τε τοῖς τῶν ἀνθρώπων ἱματίοις, καὶ εἰς τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν ἱερὰ ἐνδύματα, σταυροί τινες ἐλαιώδεις πλεῖστοι. Sigebertus A. 748. *In vestibus hominum, & in velis Ecclesiarum apparent cruciculæ, quasi oleo designatæ.*

Ὥσπερ δὲ ἐξεστηκότες.) Idem Theophanes: Γενόμενοι δὲ ἐν ἐκστάσει ἐνόμιζον ξένοις τισὶ καὶ βλοσυροῖς προσώποις συνοδεύειν. οἱ καὶ ἀπαντῶντας ὡς φίλους ἤδη προσαγορεύοντες διελέγοντο. Addit: Σημειοῦντο δὲ τὰ παρ' αὐτῶν λεγομένων ἐχόντων ἐξηγοῦντο (For. τῶν παρ' αὐ λεγ. ἔχοντα) ἑώρων δὲ τοὺς αὐτοὺς ἐν ὡς οἴκοις εἰσερχομένους, καὶ τοὺς μὲν τῶν οἴκου αἰκιζομένους, τοὺς δὲ ξίφει τιτρώσκοντας, συνέβαινε δὲ τὰ πλεῖστα τῶν παρ' αὐτοῖς λεγομένων γίνεσθαι ὥσπερ κἀκεῖνοι εἶδον.

Pag. 32. Μετὰ ταῦτα τίκτεται.) Januarii XXV. Indict. III. nascitur Leo, A. D. IƆCCL. A. Copronymi IX. pag. 83.

Pag. 33. Τὴν τῶν Ἀράβων κατάλυσιν.) Theophanes hoc horribile prodigium eodem modo describit, eodem anno Copronymi. Sigebertus A. Christi IƆCCLIII.

Μετὰ δὲ ταῦτα.) Indict. IV. Anno Copronymi X. ipso die Pentecostes Leo ab Anastasio coronatur, Christi IƆCCCLI.

Χρόνου δέ τινος διαγενομένου.) A. Copronymi XIII. moritur Anastasius, οἰκτίστῳ πάθει τῷ λεγομένῳ χορδαψῷ, κόπρον διὰ τοῦ στόματος ἐμέσας. Theoph. Errat igitur Theophanis codex alter, qui Anastasium obiisse refert tempore pestilentiæ, sive Indict. III. qui fuit Copronymi IX.

Σύνοδον ἀθροίζει.) Iniit hæc Pseudosynodus ex A. D. IV. Eid. Febr. & usque ad VI. Eid. Aug. celebrata est, Indict. VII. A. D. IƆCCLIV. De qua Theophanes. Ἐπανελθὼν ἐν τῇ πόλει σύνοδον συναθροίζει κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων ἐν Βλαχέρναις, ἐν ᾗ πολλοὺς τούτῳ κατὰ τοῦ Κυρίου κατολογησάντων, οἱ ἱερεῖς τῶν αἰχμῶν καὶ τὰς μακρὰς αὐτῶν χεῖρας εἰς ὕψος ἄραντες, καὶ ἀλαλάξαντες ἐρρήξαν τὴν ἐλπίδα φωνὴν, λέγοντες, σήμερον σωτηρία τῷ κόσμῳ γέγονεν. ὅτι σὺ βασιλεῦ ἐλυτρώσω ἡμᾶς ἐκ τῶν εἰδώλων.

Καὶ ὥσπερ νηπιώδεις.) Theoph. Καὶ τῇ κζ΄ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς, Augusti, ἀνῆλθεν ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ φόρῳ σὺν τῷ Κωνσταντίνῳ τῷ ἀνόμῳ προέδρῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς Ἐπισκόποις, καὶ ἐξεφώνησαν τὴν ἑαυτῶν κακόδοξον αἵρεσιν ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ.

Pag. 34. Ὥρα ἐνέστη.) Theophan. Τῷ δὲ αὐτῷ ἔτει ἀπ' ἀρχῆς τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς γέγονε κρύος μέγα καὶ πικρότατον &c. Indict. IV. A. Copron. XXIII. notat Theopha. Verum cum primus Copronymi cœperit Indict. IX. Christi IƆCCXLI. constat XXIII. tertium ejusdem in A. quadrare IƆCCLXIII. Indict. I. adeo ut horribilis hæc hyems Indict. II. Octobri mense inchoata sit. Videndam itaque num hæc tempestas in A. IƆCCLXV rejicienda sit.

Pag. 35. Δι' αὐτῶν τε τινές.) Theoph. Ἀπὸ τοῦ ὁ βουλόμενος ἀπὸ Σοφιανῶν εἰς τὸν ἅγιον Μάμαντα, καὶ εἰς τὴν πόλιν, ἢ εἰς Χρυσόπολιν, ὡς διὰ ξηρᾶς ἐβάδιζεν, &c.

Χρόνων δὲ οὐκ ὀλίγων.) Atqui vehementem illam hyemem motus hic Bulgaricus præcessit. Quem Theophanes A. tribuit Copron. XXII. Indict. I. Ubi & characterismus feriæ. Nam Junii XXX. fuisse refert V. feriam. Convenit hoc A. C. IƆCCLXIII. Cyclo Solis XVI. Lit. Dom. B Anno Copron. XXIII. jam ineunte, ex A. D. XIX. Kal. Jul. verum ad XXII. bona pars ejus belli pertinet.

Τὰς μὲν ἐκ ξηρᾶς.) Theoph. Οἱ δὲ Βούλγαροι ἐπαναστάντες ἐφόνευσαν τοὺς κυρίους αὐτῶν τοὺς ἀπὸ σειρᾶς κατάγομένους &c. Apud Stephanum Σίρις ἔθνος Θρᾳκικὸν ὑπὲρ τοὺς Βυζαντίους. At Siræ Macedoniæ locus est, ut ex Livio notavit Ortelius. Et quidem A. XVIII. Imperii sui, Copron. in Macedoniam cum armis profectus est adversus Sclavinos. Quare cum Sclavini Macedoniam tenerent, fieri potuit ut & eorum gentiles e Siris profecti Bulgariæ dominati sint.

Pag. 36. Καμπαγάνον.) Theoph. Paganum nominat.

Μάλιστα δὲ τῶν μεταξὺ ὄντων.) Anno Copronymi XXVI. Christi præcipue IƆCCLXVI. Indictione IV.

Quo

Quo in sanctissimos monachos nefandus ille sæviit, & per Hippodromum ignominiose rraduxit. Ab hoc consceleratissimo Tyranno, ejusque profligatissimo parenre Isaurico Leone nuperi isti sacrarum Imaginum effractores cum amentia perfidiam hauserunt, iisque Magistris atque auctoribus gloriantur. Ex horum factione vanissimus ille Nicephori Scholiastes Camerarius multa in sanctissimas illas religiones, earumque defensorem acerrimum Joannem Damascenum furiosis illis in Commentariis evomuit. In quibus quot syllabæ, totidem vel nugæ, vel blasphemiæ sunt.

Εν τοῖς καλουμένοις τάφοις.) Pelagii sepulcra quæ fuerint declarat Theoph. in historia Constanrini Patriarchæ: *Τὸ δὲ σῶμα ἔρριψαν εἰς τὰ Πελαγίου σύρωντες αὐτό. ἔνθα πρώην μὲν ὑπῆρχεν ὁ τῆς ἁγίας μάρτυρος Πελαγίας ναὸς ὃν ὁ δυσσεβὴς καταλύσας, καὶ τάφον καταδίκων ποιήσας τὰ Πελαγίου ἐκάλεσεν.*

Edit. Paris. pag. 84.

P. 37. *Τῷ δὲ αὐτῷ ἔτει.*) A. Copron. XXIV. Indict. IV. Januarii XXI. contra Bulgaros movit, ait Theophanes. Revera annus ejus Imperii fuit XXV. Christi IↃCCLXVI. Ab ea expeditione turpiter rediir Julii XVII. Inde Augusti XXI. totam hanc Tragœdiam contra Orthodoxos, ac præcipue monachos excitavit.

Τούτων δὲ ἦν Ἀντίοχος.) Eosdem recenset Theophanes, & Paulus Diaconus. *Λογοθέτης τοῦ δρόμου* dicitur hic a Nicephoro *ὁ τῶν δημοσίων πραγμάτων τὰς ὑπομνήσεις σχηματίζων*, quod Magistri Memoriæ proprium erat. Qui, ut est in notitia Imperii Orient. annotationes dictat, hoc est scripturas breves, quibus ea conrinentur, quæ Principis nomine statuuntur, aut confirmantur. Sed & precibus responder, hoc est responsa dictat, quæ Princeps libellis supplicibus dederit. Ad hæc Diplomara ad currendum nomine Principis, vel Magistri Officiorum dare muneris ejusdem fuit, a quo *Λογοθέτης τοῦ δρόμου* dictus est. Cærerum apud Theophanem, Constantinus, non Anriochus, Patricius dicitur, & *Λογοθέτης τοῦ δρόμου*. Cujus frater Strategius Spatharius, & Domesticus Excubitorum.

P. 38. *Ορκον κατ' αὐτοῦ*) For. *ἔνορκον*. Augusti XXX. Indict. IV. Constantino Patriarchatum abrogat *ὁ ὁμώνυμος* Constantinus, eumque primum in Hieriam, inde in Principum insulam deportat. Theophanes.

Νικήταν δέ.) Novembris XVI die Ind. V. Nicetas ab Imperatore ad Patriarchalem sedem evectus est. Id.

Φορείῳ ἐποχούμενον.) Tam enim crudeliter Imperatoris jussu vapularat, ut incedere non posset. De ejus *καθαιρέσει* & accusatione Theophanes.

Εν τῷ καλουμένῳ Μιλίῳ.) Adi Svidam, & Curopalaten, sive Codinum. Ædificium quoddam Constantinopoli fuit signis variis ornatum. Quod & Miliarium aureum in notitia dicitur, Regione IV. Constantinop.

Εἰς τὰ τῶν Πελαγίου.) Theoph. *Τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ δήσαντες καλωδίῳ τὸν πόδα μετὰ τῶν βιοθανάτων ἔρριψαν.* At paulo post, *Αποστείλας γὰρ κατήνεγκε Πέτρον τὸν ἀοίδιμον στυλίτην ἀπὸ Πέτρας, καὶ μὴ ὑπείξαντα τοῖς δόγμασιν αὐτοῦ ζῶντα δήσας τῶν ποδῶν ἐν τοῖς Πελαγίου*, &c.

Εκ τούτου βουλεύεται.) Factum hoc A. Constantini XXVII.

Υπὸ δὲ τὸν αὐτὸν καιρόν.) Theoph. *Τῷ δὲ αὐτῷ ἔτει Νικήτας ὁ ψευδώνυμος Πατριάρχης τὰς ἐν τῷ Πατριαρχείῳ εἰκόνας τοῦ μικροῦ Σεκρέτου τὰς ψηφωτὰς ἐξ ὑλογραφίας οὔσας κατήνεγκε. καὶ τῶν λοιπῶν εἰκόνων τὰ πρόσωπα ἔχρισεν.* Hic Secreta *προόδων οἶκοι* vocantur a Nicephoro, hoc est Processuum, quos *προκένσους* ætas illa nominavit, aut *Προκίσσους*. Quæ vox tam *Processionem* ipsam, quam *stationem* significat. Itaque *Πρόκισσος τῶν Βλαχερνῶν*, in Alexand. Chron. pro suburbano, & *πρόκισσον ποιήσασθαι*, hoc est *procedere* apud Theoph. & alios. Curopalates certos dies quotannis recenset, quibus Imperarores extra Palatium procedebant, & in Patriarchio pernoctabant in *Κελλίοις*, hoc est cellulis quibusdam. Hæ sunt fortasse, quas *προόδων οἴκους* appellarunt.

Καὶ χειροχύτου ὕλης.) Quam Græci *χειρογραφίαν* vocant hic opinor expressit. Hinc vasa *κεχειρογραφημένα χρώμασι παντοίοις*, apud Athenæum, ut observavit Interpres ad Theocr. Eidyl. I.

Τῇ ἑβδόμῃ Ινδικτιῶνι. Theophanes A. XXVIII. Copronymi ista scribit: *Τούτῳ τῷ ἔτει ἔστεψεν ὁ βασιλεὺς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Εὐδοκίαν ὁ τρίγαμος τρίτην οὖσαν Αὐγοῦσταν ἐν τῷ τριβουναλίῳ τῶν ιθ' Ακκουβίτων, τῇ α' τοῦ Απριλλίου μηνὸς, Ινδ. ζ' ἡμέρᾳ Σαββάτῳ, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῆς δύο υἱοὺς Χριστοφόρον καὶ Νικηφόρον. τῷ ἐπαύριον, ὅ ἐστι, ἐστὶ δευτέρα τοῦ Απριλλίου μηνὸς ἡμέρᾳ Κυριακῇ τοῦ ἁγίου Πάσχα. προεβάλετο Καίσαρας ἐν τῷ αὐτῷ Τριβουναλίῳ, τοῦ Πατριάρχου ποιήσαντος τὴν εὐχὴν, καὶ τοῦ βασιλέως ἐπιτιθέντος αὐτοῖς τάς τε Χλαίνας, καὶ τὰ Καισαρίκια περικεφάλαια, ὡσαύτως καὶ Νικήταν τὸν ἔσχατον ἀδελφὸν αὐτῶν ποιησάμενος Νωβελίσιμον, ἐπέθηκεν αὐτῷ Χλαίναν χρυσῆν, καὶ τὸν στέφανον, καὶ οὕτω προελθόντες ῥίπτοντες οἱ βασιλεῖς ὑπατείαν Τραμίσια, καὶ ἡμίσια κατῆλθον ἕως τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας.* Annus erar Christi IↃCCLXIX. Cyclo Solis XXII, Lit. Dom. A. Cyclo Lunæ X. Pascha April. II. pag. 85.

P. 39. *Ογδόῃ δὲ Ινδικτιῶνι.*) Theophanes. *Τῇ δὲ α' τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς τῆς θ'. Ινδ. εἰσῆλθεν Εἰρήνη ἐξ Αθηνῶν ἐλθοῦσα ἀπὸ τῆς Ιερείας ἐν τῷ βασιλευούσῃ πόλει, δρομώνων καὶ χελανδίων πλείστων ἐστολισμένων σηρικοῖς. πάλλιον, τῶν τῆς πόλεως ἀρχόντων σὺν γυναιξὶ προαγόντων αὐτῆς. καὶ τῇ γ' τοῦ αὐτοῦ Νοεμβρίου μηνὸς, τοῦ Πατριάρχου ἀνελθόντος ἐν τῷ Παλατίῳ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Φάρου, ἐγένετο τὰ πρὸς τὴν Εἰρήνην τοῦ βασιλέως Λέοντος σύνζα. καὶ τῇ ιζ'. τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς ἐστέφθη ἐν τῷ Τρικλίνῳ τοῦ Αὐγουστέως ἡ Βασίλισσα Εἰρήνη, καὶ ἀπελθοῦσα ἐν τῷ Εὐκτηρίῳ τοῦ ἁγίου Στεφάνου ἐν τῇ Δάφνῃ ἔλαβεν τὰ τοῦ γάμου στέφανα σὺν τῷ τοῦ Κωνσταντίνου υἱῷ Λέοντι.*

His finis Historiæ Nicephori, quam, ut scribit Photius, ad Leonis, & Irenes nuprias perduxit, hoc est Constant. A. XXIX. Christi IↃCCLXIX. Nos ramen ejusdem Nicephori fragmentum invenimus apud Theophanem, in Codice Illustr. Card. Jojeusæ. Quod quidem non alterius esse quam hujus Nicephori manifestum ex eo redditur, quod & Patriarcha a Theophane Constantinopolitanus appellatur, & de Copronymi remporibus, quasi vicinis ætati suæ, loquitur: cum ait, nonnullos adhuc superstites esse, qui a dysonymo illo tyranno aliqua corporis parte mutilati fuerant. At nullus, ut initio statuimus, ejus nominis Patriarcha, præter hunc nostrum, temporibus illis extitit.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ
ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ
ΠΑΡΕΚΒΟΛΗ ΕΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ΘΕΟΦΑΝΟΥΣ ΧΡΟΝΙΚΩΝ.

Περὶ οὗ καὶ ὁ θεῖος Νικηφόρος Πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως τοιάδε φησίν.

S. NICEPHORI PATRIARCHÆ
CONSTANTINOPOLITANI
FRAGMENTUM EX THEOPHANIS CHRONICO.

De quo & divinus Nicephorus Patriarcha Constantinopolit. ita loquitur.

Edit. Paris. pag. 86.

QUONIAM vero ab inimicis Christi nonnulla jactantur, ex mendaci parentis afflatu, age vero cujusmodi sint ea consideremus. Nam ad Christi Domini, Ecclesiæque contumeliam mentiri ista solent: Diuturnæ vitæ spatia cum maximis voluptatibus pessimo huic Mammone esse concessa, eumdemque felicitatis summa contigisse. Sed & insignes de Barbaris victorias, & egregia multa facinora tribuunt, quæ ne auditu quidem par est admittere. Sed ne imperitioribus, minimeque malis hominibus ea mendacia fraudi sint, redarguendi illi nobis erunt, ut quantopere seipsos inanibus his sermonibus ludificentur intelligant. Igitur omnia illius quam turpissima fuisse, eumque Deo Angelis, ac religiosis hominibus execrabilem extitisse, nequaquam est obscurum. Nam cum omni se in libidinum genere volutaret, iisque corpus suum & animum conspurcaret, quæ tam Barbaris, quam Gentilibus sunt vetita, longe pecudes ipsas fœditate superavit. Atque hæc non pauci qui cum eo vixerunt, & hodieque supersunt, testificari poterunt: nec non & varia corporis incommoda quibus idem fuit obnoxius. Doloribus enim ac cruciatibus, qui explicari dicendo nequeunt, excarnificatus, cujusmodi ulcerosa corpora perpeti consentaneum est, pessime ac sine ullo remedio erat affectus. Quare nonnulla membra ulceribus adeia, ac consumpta cum intolerabili dolore diffluebant. Sed & perpetuo intemperiis agitatus plerumque noctes insomnes ac molestissimas ducebat. Omitto victus acerbitatem ac turpitudinem.

pag. 87. Quicquid enim in prandio cibi per fauces trajecerat, id subinde vomitibus excernebat. Nam illam in famulos arrogantiam ac feritatem, atque in exigendis obsequiis morositatem quis assequi dicendo possit? Cædebantur quotidie virgis pluribus plurimorum corpora. In quos ille pugnis & calcibus insiliens nihilo se carnivoris bestiis mitiorem præstabat. Jam membrorum, oculorumque mutilationes, ac reliqua id genus acerba supplicia, tum innocentes homines ferro ac flammis interemptos, præsertim Orthodoxos, quid attinet dicere? Etenim furoris illius satellites ac ministri nasos quamplurimos sanctis viris abscissos in disco, ut olim Herodi

A ΕΠΕΙΔΗ δέ τινα παρὰ τοῖς Χριστομάχοις περιθρυλλεῖται, ἅπερ αὐτοῖς ὁ τοῦ ψεύδους πατὴρ ἐμπνεύσειε, φέρε καὶ ταῦτα διασκεψώμεθα. καταψεύδονται γὰρ ἐπὶ τῇ εἰς Χριστὸν καὶ τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ ὕβρει, χρόνους μακροὺς, καὶ παρατεταμένην ζωὴν, καὶ βίον ἀπαθῆ μεμερίσθαι τῷ Μαμωνᾷ, καὶ εὐημερίαν εἰς ἄκρον ἐλάσαι. νίκας τε κατὰ βαρβάρων αὐτοῦ καὶ ἀνδραγαθήματα ὡς πλεῖστα ἐπιγράφονται αὐτοῖς σώφροσιν, ἃ οὐδὲ εἰς ἀκρόασιν ἔρχεσθαι δίκαιον. ὡς δ' ἂν τῶν ἁπλουστέρων ἢ ἀμαθεστέρων τινὰς τοῖς ἐκ τῆς ἀπάτης ἀναπλασμοῖς μὴ βλάπτοιεν· τούτους ἀπευθύνοντες, ἕκα-
B στον δεινοῖς λόγοις ἑαυτοὺς φενακίζοντας ἀποφαινοίμεθα τοῖς ματαιόφροσιν. ὅτι μὲν γὰρ ὅλον ἐκεῖνο πᾶν αἰσχρὸν γέγονε, βδελυκτός τε Θεῷ, καὶ ἀγγέλοις, καὶ ἀνθρώποις τοῖς εὐσεβέσιν ὑπῆρχεν, οὐκ ἀσύμφανες. καὶ γὰρ εἰς τὰ τῆς σαρκὸς πάθη κατασυρόμενος, καὶ τοῖς ἀπηγορευμένοις βαρβάροις καὶ Ἕλλησι σῶμα, καὶ ψυχὴν ὁ δείλαιος ἐμμολυνόμενος, τὴν τῶν ἀλόγων ζώων παρήλασε κτηνωδίαν. καὶ ταῦτα οὐκ ὀλίγοις τῶν παραιτησαμένων αὐτοῦ μέχρι δεῦρο περιόντες ἐπαγγελλέτωσαν. μεθ' ὧν καὶ τἄλλα δὲ ἃ περὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ κατελύτησαν. πόνοις γὰρ καὶ ἀλγηδόσιν ἀῤῥήτοις, οἷα εἰκὸς τοὺς ἑλκωμένους
C πάσχειν, βαλλόμενος, πονήρως ἄγαν καὶ ἀνηκέστως διέκειτο. καί τινα τῶν μελῶν ὑπὸ τῆς ἑλκώσεως καὶ διαβρώσεως ἀπερρυηκότων αὐτοῦ, ἐλεεινῶς κατετρύχετο. συνεχέστατα δὲ ὑπὸ τῶν ἐρινύων ἐκδειματούμενος πικρῶς τε καὶ ἀΰπνους πολλάκις τὸν νυκτερινὸν καιρὸν διήνυσε. παρεῖσθαι τὸ νῦν λέγειν τὸ τῆς διαίτης ἀηδές τε καὶ αἰσχρόν. ὅπερ γὰρ ἂν πρὸς ἄριστον βρώσεως οὐ πλέως καταποθὲν παρὰ τοὺς ἐμετοὺς ἔφθανε κρινόμενον. τὸ δὲ περὶ τοὺς ὑπηρετουμένους ἰταμὸν καὶ θηριῶδες τοῦ τρόπου, καὶ τὸ ὑπηρεσίας τὸ δυσαχθέστατον, πῶς ἄν τις εἴποι τὰ φέροντα σώματα; μάστιξι γὰρ ἑκάστης ἡμέρας πολλαῖς πολλῶν κατεξαίνοντο σώματα· καὶ τὰς ὄψεις παίων πυ-
D γμαῖς, καὶ λὰξ ἐναλλόμενος οὐδὲν τῶν σαρκοβόρων θηρίων φιλανθρωπότερον ἐφαίνετο. ἐκ στόματος δὲ μελῶν καὶ ὀφθαλμῶν πηρώσεις, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα δεινὰ κολαστήρια, καὶ σφαγὰς ἀδίκους ἀνδρῶν ἀθώων, καὶ τοὺς διὰ πυρὸς πικροτάτους θανάτους, μάλιστα δὲ κατὰ τῶν ὀρθοδοξούντων ἐπιδεικνυμένους τί χρὴ καὶ λέγειν; οἱ γὰρ τῆς μανίας αὐτοῦ δυσμενεῖς ὑπασπισταὶ καὶ δορυφόροι ῥῖνας μὲν ὡς πλείστας ἀνθρώπων ὁσίων ἀποτεμόντες, ὥσπερ τὴν τοῦ Προδρόμου πάλαι κεφαλὴν Ἡρώδῃ, οὕτω καὶ τῷ

A ἐφ' ἡμῶν Ἡρώδῃ οἷον δῶρον ἡδὺ καὶ ἐπέραστον ἐκόμιζον ἐπὶ πίνακος. ὀφθαλμῶν ἐξορύξεις, καὶ γενειάδος ἐμπυρισμοὺς, καὶ αἱμάτων ἐκχύσεις καὶ μαρτυροῦσιν οἱ μέχρι καὶ νῦν τὰ σύμβολα περιφέροντες. θανάτους δὲ βιαίους τῶν τοιούτων καὶ ἐξκισίους ὁ τῆς θαλάσσης βυθὸς ἐπίσταται, οἱ λίθοι κράζουσιν. ἃς δὲ περιπλάττουσιν αὐτῷ νίκας οἱ ἐμβρόντητοι καὶ λυσσώδεις ὁμόφρονες αὐτοῦ, ἵνα μιᾶς τῆς κρατίστων αὐτῶν ἐπιμνησθῶμεν, τοιαῦται εἰσίν. ἐπειδὴ παρεσκεύαστο πρὸς τὸ ἐν δυσμαῖς εἰσῳκισμένον Σκυθικὸν ἔθνος ἀμύνασθαι, ὑπαθροίζει πᾶν τὸ ὑπ' αὐτοῦ στράτευμα, εἰς χεῖράς τε τοῖς πολεμίοις ἰὼν, ὁποῖον αὐτῷ τοῦ πολέμου κράτος κατώρθωται μαρ-

B τυρεῖ τὰ φαινόμενα. μέχρι γὰρ καὶ τήμερον τὰ κατὰ τὴν Ἀχελῶν καλουμένην πόλιν κοῖλα καὶ πεδιάσιμα χωρία, ἃ τῶν εἰρημένων ἐδέξατο τὰ κῶλα, σαφῶς ὑποδεικνύουσιν. ἔργον γὰρ τῆς Σκυθικῆς μαχαίρας ἅπαν σχεδὸν τὸ στράτευμα τῶν Ῥωμαίων γέγονεν. εἰ δέ τι μικρὸν καὶ οὐ πάνυ ἀξιόλογον ἔδρασεν, τοῦτο ἐστί. τοὺς γὰρ πρὸς ἀνατολὰς οἰκοῦντας βαρβάρους ἀκηκοὼς περὶ τοὺς οἰκείους ἡγεμόνας διαστασιάζοντας, καὶ πρὸς τὸν ἐμφύλιον πόλεμον ἀσχολουμένους, λῃστρικώτερόν πως μᾶλλον, ἢ στρατηγικώτερον ὡς λυσσῶν ἐπιὼν τοῖς Ἀρμενίας καὶ Συρίας χωρίοις, τῶν ἐκείνοις φρουρίων αἱρεῖ ὁμολογίᾳ τῶν

C προσοικούντων, καὶ ἐπὶ τὴν Θρᾴκην αὐτοὺς μετήγαγε. τοιαῦτα μὲν οὖν τὰ ἐκείνου ἀνδραγαθήματα, καὶ τὰ κατ' ἐχθρῶν σχεδιαζόμενα τρόπαια. τοιαῦτα καὶ τὰ κατὰ τῆς ἀληθείας καὶ εὐσεβείας νεανιεύματα. ἀπηναισχύντησε γὰρ κατά τε τοῦ Θεοῦ μανεὶς, καὶ κατὰ τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν, τῶν ὥσπερ αὐτῷ ἀναθημάτων προσηκόντων. καὶ τὸ Ἀγγελικὸν δὴ τοῦτο καὶ Ἀποστολικὸν τοῦ Μοναχικοῦ βίου σχῆμα βδελυττόμενος ὁ θεομισής τε καὶ βέβηλος, ἐπώνυμον τῆς θεοσεβείας τὸ ἀμνημόνευτον αὐτοῖς ἐπέγραψεν ὄνομα. βδέλυγμα γὰρ ἁμαρτωλῶν θεοσέβεια. καὶ ὁ ὅσιος ἀκάθαρτος παρὰ κακούργοις. οἷα δὲ πρὸς αὐτοὺς, τυραννίδα ἐπιὼν ὁ τύραννος ἔδρασε, τίς ἂν ὡς ἔφην ἀξίως

D διηγήσεται; τάς τε γὰρ παρὰ Θεῷ ἐπηγγελμένας αὐτοῖς ὁμολογίας, καὶ συνθήκας ἀθετεῖν ἐκβιαζόμενος, καὶ τὸ ἱερὸν σχῆμα ἀπορρίψαντας, τὸ τῶν λαϊκῶν ὁ παράνομος ἐνομοθέτησε μεταμφιέννυσθαι. τὰ δὲ εἰς δόξαν τοῦ Θεοῦ ἱδρυμένα Μοναστήρια, στρατιωτῶν οἰκητήρια, καὶ ἱπποστάσια, καὶ κοπρῶνας, ὁ κοπρόνυμος καὶ κοπρώνυμος πεποίηκεν. εἶτα πρὸς τῷ τέλει τῶν κακῶν καὶ τοῦ θεοστυγοῦς αὐτοῦ βίου γενόμενος, καὶ πυρετῶν ὀξύτητι, καὶ φλογώσεσι καταπιμπράμενος τῆς ἐκδεξομένης αὐτὸν Γεέννης προδήλως τὴν φλόγα προθεώμενος κατωπτεύετο, καὶ τοῦ ἀκοιμήτου σκώληκος τὰ δήγματα, συντονόν τε καὶ γεγωνότερον ἐκβοῶν ἐνδελεχέστατα. τῆς Γεέννης ταῦτα τὰ προαύλια

E καὶ προοίμια. ταύταις οὖν καὶ τοσαύταις εὐπαθείαις ἐπαναπαυσάμενος, ὑφ' ὧν δὴ καὶ Διοκλητιανόν τε καὶ Μαξιμιανὸν συντελεσθέντας ἀκούομεν. οὕτω κακῶς καὶ ἀθλίως ἀπολλύμενος καταστρέφει τὸν αἴσχιστόν τε καὶ κάκιστον βίον ὁ ἄσπονδος τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ πάντων ἐχθρὸς καὶ πολέμιος δυσμενέστατος.

A Præcursoris caput, sic novo Herodi suavissimi loco muneris offerebant. Ad hæc effossa plerisque lumina, ambustasque genas, & exhaustum sanguinem testantur ii, qui in hodiernum diem earum cladium vestigia circumferunt: Inusitata porro & horrenda mortis genera ab eodem excogitata non modo profunda norunt maria, sed & ipsa propemodum saxa personare videntur. Quod vero ad eas victorias spectat, quas illius fautores rabidi ac furiosi homines falso huic affingunt, ut de ea loquar, quæ inter omnes præcipua censetur, ejusmodi sunt. Cum ad propulsandos Occidentales Scythiæ populos expeditionem parasset, collectis omnibus

B copiis, commissoque cum hoste prælio, qualem inde victoriam retulerit, quæ ad hoc tempus supersunt vestigia declarant. Idque etiam hodie cava illa ad Acheloum urbem, ac depressa planities indicat, cæsorum membris eodem tempore constrata. Nam universus pene Romanorum exercitus Scytharum gladiis confossus est. Quod si forte exiguum quiddam, & contemnendum ab eo gestum est, ejusmodi istud fuit. Posteaquam Orientales Barbaros a Ducibus suis dissidere comperit & civili bello distineri, latronis more potius quam Imperatoris in Armeniam, & Syriam furibundus irrumpit; ibique incolarum deditione occupatis aliquot castellis, eosdem illos in Thra-

C ciam transportat. Hæc sunt istius hominis egregia facta, hæc commentitia de hostibus trophæa: ejusmodi inquam sunt quæ insolenter ille contra veritatem & pietatem molitus est. Etenim citra ullam verecundiam contra Deum bacchatus est, sacrasque res ei tamquam donaria consecratas. Quinetiam Angelicum illud & Apostolicum Monasticæ vitæ genus homo a Deo execratus, ac profanus, & a Christiana religione falso cognominatus, τῷ *ἀμνημονεύτῳ*, hoc est *Illaudati*, appellatione notavit: *Abominatio* enim *peccatori est pietas*: & sanctus impurus est apud sceleratos. Jam vero qualem in eos tyrannidem exercuerit, quis pro merito, ut ante dixi, commemorare possit? Quippe conventiones illas pactaque, quibus divino se

Edit. Paris. pag. 88.

D Numini obstrinxerant, rescindere coactos, ac sacris vestibus exutos Laicorum ad cultum lata lege nefarius ille transtulit. Quæ vero ad honorem Dei constituta erant Monasteria, ea in militum diversoria, & equorum stabula, & latrinas stercoreus, & a stercore cognominatus convertit. Tandem cum scelerum suorum, & execrabilis vitæ terminum attigisset, acutarum febrium ardoribus exæstuans, Geennæ flammas, quæ se post vitam excepturæ erant, oculis usurpabat, ac pervigilis illius vermis morsus quodammodo sentiebat, in horrendos assidue clamores, ac vehementes erumpens, quæ erant Geennæ quædam initia. Tot igitur tantisque delitiis acquiescens, quibus Diocletianum, & Maximia-

E num olim immortuos accepimus, atque hoc modo male periens malus ille, turpissimæ sceleratissimæque vitæ finem consecutus est, homo Christi sanctorumque ejus omnium inimicus, atque hostis infensissimus.

F I N I S.

RERUM ET VERBORUM
IN
NICEPHORI BREVIARIO
PRÆCIPUE MEMORABILIUM
INDEX.

B

C

I

L

M

T

V

X

AD NICEPHORI FRAGMENTUM NOTÆ.

Pag. 58. *Μιμετρίδαι τῷ Μαμμωνᾷ.*) Mammonam, ut videtur, Copronymum appellat: nisi *τὸ Μαμμωνᾶ*, hoc est opes legendum putemus, quas uberrime a Deo concessas asserat.

Αὐτοῖς σώφροσιν.) For. *ἃ τοῖς σώφροσιν οὐδὲ εἰς ἀκρό.* &c.

Παραιτησαμένου αὐτῷ.) For. *συνδιαιτησαμένου.*

Τὰ φέρετρα σώματα.) Corruptus locus.

Ἐκ σχήματος δὲ μελῶν.) Neque hic divinare attinet.

Pag. 59. [illegible]) *Εὐτυχίας* hic *εὐφημικῶς* dictum, nisi mendosus sit locus, quod fortasse verum est.

. F I N I S.